



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans

Kinckius, Matthias

Coloniæ, 1662


[urn:nbn:de:hbz:1-46628](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:1-46628)





n
33


Th. 2733'

7. III
8.












DIRECTORIVM
 SACERDOTALE
 &
 CLERICORVM
 SPECVLVM
 IN SIGNI PIETATIS
 AC DEVOTIONIS SUPPLEMENTI
 EXUBERANS
 IN QUATUOR PARTES
 SEGREGATIM
 CURAR. D.
 MATTHIAE KINCHII
 MULLI. Canonici ad
 S. Crucis Hildesii.

Paderborn
 Collegij
 1683

COLONIAE
 Sumptibus
 IOAN. ANTON. KINCHII
 Anno 1662.
 cum Privilegio S. C. M.

Paderborn
 Societis
 1854



DIRECTORIVM

SACERDOTALE

&

CLERICORUM

SPECVLVM

INSIGNI PIETATIS

AC DEVOTIONIS SUPEL-

lectili exuberans

IN QUATUOR PARTES

segregatum

OMNIBUS SACERDOTIBUS

& Clericis piè & sanctè Deo servire;

Ritus & Cæremonias in sacrificio

Missæ accuratè observare, sa-

craque synaxi dignè uti

cupientibus uti-

lissimum.

CURA R. D.

MATTHIÆ KINCHII J. U. Lti.

Canonicus ad S. Crucem Hildesii.

Sumptibus JOAN. ANTON. KINCHII

ANNO 1662.

Cum Privilegio Sacrae Casareae Majestatis.

Collegij Socij JESU Paderborna

1663.

Handwritten text at the top of the page, likely a title or header, appearing as bleed-through from the reverse side.

APPROBATIO

Handwritten text block, possibly a preface or introductory paragraph, appearing as bleed-through.

Handwritten text block, possibly a preface or introductory paragraph, appearing as bleed-through.

Handwritten text block, possibly a preface or introductory paragraph, appearing as bleed-through.

Handwritten text block, possibly a preface or introductory paragraph, appearing as bleed-through.

Handwritten text block, possibly a preface or introductory paragraph, appearing as bleed-through.

Handwritten text block, possibly a preface or introductory paragraph, appearing as bleed-through.

Handwritten text block, possibly a preface or introductory paragraph, appearing as bleed-through.

Handwritten text block, possibly a preface or introductory paragraph, appearing as bleed-through.

Handwritten text block, possibly a preface or introductory paragraph, appearing as bleed-through.



APPROBATIO.

LBELLUS cui titulus est DI-
RECTORIUM SACERDO-
TALE & Clericorum Spe-
culum; singulari spiritu com-
positus pari Ecclesiasticorum fructu
iteratis typis committeretur; ult. Febr.
1662.

Ira censeo

*P. Aussenius S. C. Lect. Canonicus
Metrop. Lib. Censor. Ord.*

* 2

ILLUS-

APPROBATIO

IN NOMINE DOMINI AMEN
ECCLESIAE CATHOLICAE
SACRISANTIAE
CATHOLICAE

IN NOMINE DOMINI AMEN
ECCLESIAE CATHOLICAE
SACRISANTIAE
CATHOLICAE

IN NOMINE DOMINI AMEN
ECCLESIAE CATHOLICAE
SACRISANTIAE
CATHOLICAE

IN NOMINE DOMINI AMEN
ECCLESIAE CATHOLICAE
SACRISANTIAE
CATHOLICAE

IN NOMINE DOMINI AMEN
ECCLESIAE CATHOLICAE
SACRISANTIAE
CATHOLICAE

IN NOMINE DOMINI AMEN
ECCLESIAE CATHOLICAE
SACRISANTIAE
CATHOLICAE

IN NOMINE DOMINI AMEN
ECCLESIAE CATHOLICAE
SACRISANTIAE
CATHOLICAE

IN NOMINE DOMINI AMEN
ECCLESIAE CATHOLICAE
SACRISANTIAE
CATHOLICAE

IN NOMINE DOMINI AMEN
ECCLESIAE CATHOLICAE
SACRISANTIAE
CATHOLICAE

IN NOMINE DOMINI AMEN
ECCLESIAE CATHOLICAE
SACRISANTIAE
CATHOLICAE

IN NOMINE DOMINI AMEN
ECCLESIAE CATHOLICAE
SACRISANTIAE
CATHOLICAE

ILLUSTRISSIMO REVEREN-
DISSIMOQUE DOMINO,

D. FRANCISCO
GVILIELMO

BARONI à BOCHOLTZ
in Oray, Canonico Leodiensi, Ar-
chidiacono Brabantiaë, & The-
saurario Cathedralitæ a-
pud Hildesios Ec-
clesiæ.

Postquam è vitâ
mortalia ad beatam,
uti credere & sperare fas
est Christianis, immor-
talitatem translati sunt,
reverend^o Patruus meus
Matthias, & filio nun-
* 4 quam

EPISTOLA

quam sine honoris præ-
 fatione etiam post fu-
 nera appellandus pater
 meus Ioannes, uterque
 Kinchius: ego qui Kin-
 chiani nominis cum fi-
 liolis meis relictus sum
 hæres, singulari semper
 desiderio atque studio
 in familiam vestrâ Gen-
 temque Bocholtzianam
 animatus fui; ita enim
 ab his quos supra nomi-
 navi cōsanguineis meis,
 piæ memoriæ nunc vi-
 ris,

ris,

DEDICATORIA.

ris, dum viverent accepi
atque didici, imò & ipse
expertus sum, amicissi-
mos atque benevolen-
tissimos in omne genus
nostrum generosissimos
Barones à Bocholtz ex-
titisse. Quæ res ut ne po-
steris lateret, sæpe inci-
dit animo meo benefi-
ciorum atque benevo-
lentiaë istius memor co-
gitatio, quâ non tan-
tùm verbis id profiterer
meis, verùm etiam in-

* 5

scriptione

scriptione aliqua orbi
Christiano, & Clericis
præcipuè atque Sacer-
dotibus inter quos tu u-
nus nostra memoria ful-
ges, velut inter ignes lu-
na minore testarer. Par-
ticipant hanc lucè inti-
ma Orchestræ Leodien-
sis penetralia, in quibus
sacri senatus confors at-
que Canonicus; & sen-
tentiam rogatus corda-
tissimè respondes, &
pietatis accensam fa-

DEDICATORIA.

cem non sinis in cineres
labi. Brabantia? at Chri-
ste bone, quæ terra, quã
civilis, quam opulenta
quam a vitæ fervans pie-
tatis Archidiaconum te
veneratur. Hildesiensis
Episcopatus Ecclesia ad
Romanos ritus prædi-
cabilem in modum re-
vocata, Thesaurarium
agnoscit. Atque his in
munerib⁹ administran-
dis ita ritè sapienterque
versaris, ut à Baronibus

EPISTOLA

Bocholticis , qui ante
fuerunt, quique erunt
postea, degenerasse nun-
quam dici possis. Acce-
pisti ab iis generis nobi-
lissimi splendorem, Ro-
manæ fidei & Catholi-
cæ religionis integrita-
tem, quæ singula ita au-
xisti , ut ea presbyte-
rio christiano assumpto
splendidiora effeceris,
nec aliter quam Christi
sacerdotem par est face-
re, per omnem ætatem

vixeris.

DEDICATORIA.

vixeris. Deus optimus
conseruet hoc in Te lu-
men, neque exstingui
unquam sinat. Verum
ut ad libellum hunc,
quem illustrissimæ Di-
gnitati Tuæ dedicatum
venio, reuertar: colle-
ctus is est curâ & indu-
striâ Matthiæ Kinchii
patruï olim mei, ac dum
viveret uterque à paren-
te meo beatæ nunc me-
moriæ impressus, atque
facili negotio divendi-

EPISTOLA

tus, ut semel atque iterum recudendus fuerit. Aspicit verò nunc ab integro novâ Lucinâ operam dante lucem, & ne in tenebras ex insperato incidat, ad Bocholtziani splendoris atque luminis radios adire gestit; quem ut sereno vultu illustrissimis tuis manibus accipias etiam atque etiam rogo: Deumque luminis æterni datorem, cum sanctissima

Christi

DEDICATORIA.

Christi matre precor,
quam diutissimè nobis
atque toti Ecclesiæ Ca-
tholicæ incolumis at-
que vitalis hic maneas.

Dabam in Colonia Agrippinensi
Anno 1662. mense Martio.

Illustrissimæ Dignitatis atque fa-
milix vestræ servus minimus.

Joannes Antonius Kinchius
Bibliopola.

INDEX

INDEX BREVIS
contentorum in hoc Di-
rectorio sacerdotali
& Clericorum
Speculo.



Ræfatio Christi ad Sacer-
dotes & Clericos, pag. 1.

PARS PRIMA.

P li sacerdotis exercitium quotidiana- num continet,	pag. 5.
De duplici exercitio pii sacerdotis,	6.
De horarum recitatione,	6
De Missæ sacrificio,	8
Intentio recta formanda,	8
Conscientiæ discussio,	9
Vltus & contritionis actus formula,	10. & 11
Propinquior præparatio ad Missam,	12.
	In

INDEX

In ipso Missæ actu quid præstandum,	16
Post Missam quid agendum,	17
Gratiarum actio post Missam,	18
Praxis examinis conscientiæ,	20
Applicatio Missæ pro vivis,	21
Applicatio Missæ pro defunctis,	22
Forma intentionis alia ad Missam celebrandam,	23
Rubricæ generales Missalis,	25
De duplici, semiduplici & simplici,	25
De feria & vigilia,	26
De Missis votivis S. Mariæ & aliis,	28
De Missis defunctorum,	30
De Translatione Festorum,	32
De Commemoratis,	33
De introitu & aliis,	36
De orationibus,	37
De epistola & aliis,	40
De symbolo,	42
De offertorio & aliis,	44
De	De

INDEX

De offertorio, & aliis usque ad Canonem,	106
De Canone Missæ usque ad consecrationem,	119
De Canone post consecrationem usque ad orationem Dominicam,	125
De oratione Dominica & aliis usque ad factam communionem,	129
De communionem & orationibus post communionem,	129
De benedictione in fine Missæ & Evangelio S. Ioannis,	143
De his quæ omittuntur in Missa pro defunctis,	149
De defectibus in celebratione Missarum occurrentibus,	154
De defectibus materiæ panis,	155
De defectu vini,	157
De defectibus formæ,	160
De defectibus ministri,	161
De defectu intentionis,	162
De defectibus dispositionis animæ,	164.

De

INDEX

De communione, orationibus post communione & aliis,	46
De ordinanda Missa ex Rubricis,	48
De hora celebrandi Missam,	49
De his quæ clarâ voce aut secreto di- cenda sunt in Missa,	51
De ordine genuflectendi, sedendi & standi in Missa privata & solenni,	53
De coloribus paramentorum,	56
De qualitate paramentorum,	60
De præparatione Altaris & orna- mentorum ejus,	62
De præparatione sacerdotis celebra- turi,	64
De ingressu sacerdotis ad Altare,	69
De principio Missæ & confessione facienda,	81
De introitu, Kyrie eleyson & Gloria in excelsis,	89
De oratione,	95
De epistola, Graduali & aliis usque ad offertorium,	99
De	De

INDEX

- De defectibus dispositionis corporis, 165
De defectibus in ministerio ipso occurrentibus, 167
De Tabernaculo SS. Sacramenti, 175
De vasculo venerabilis Sacramenti seu ciborio, 177
De calicibus, 178
De corporali & palla, 179
De purificatoriis, 185
De ipsa Eucharistia, 186
De materia Eucharistiæ panis & vini, 188
Quæ circa communionem observanda, 189
De communicantium ablutione, 192
Quomodo ad infirmos deferenda Eucharistia, 194

PARS

INDEX

PARS SECUNDA.

Speculum Clericorum ac Sacerdotum ex Iure Canonico & doctrina Caroli Borromæi confectum, 199

Leges & regulæ clericorum ac Sacerdotum, 201

De habitu, tonsura, corona & superpelliceo clericorum secundum canones sacros, 223

Monitio contra eos qui sanctas ac venerabiles constitutiones parvi-
pendunt & eis obedire renuunt, 245

Monitiones S. Caroli Borromæi ad Clericos, 253

PARS TERTIA.

De orationibus ante & post Missam dicendis, 293

Gratia-

INDEX

Gratiarum actio post Missam, 317

PARS QUARTA.

Pla documenta & breves meditationes ante & post Missam ad utiliter per annum recolenda præcipua salutis nostræ mysteria, 332

De ipsa præparatione ante Missam, 334

De puritate, 334

De rectitudine intentionis, 335

De excitatione devotionis, 337

De generali postulatione, 338

Ante Sacrum: Meditationes septem pro singulis hebdomadæ diebus, 341

Post Sacrum gratiarum actiones septem pro singulis hebdomadæ diebus, 347

Aliæ præparationes & meditationes ante & post sacrum, 359

Meditationes septem pro singulis hebdomadæ diebus, 359

Meditationes septem pro singulis hebdomadæ diebus, 359

Meditationes septem pro singulis hebdomadæ diebus, 359

Meditationes septem pro singulis hebdomadæ diebus, 359

Meditationes septem pro singulis hebdomadæ diebus, 359

Meditationes septem pro singulis hebdomadæ diebus, 359

Meditationes septem pro singulis hebdomadæ diebus, 359

Meditationes septem pro singulis hebdomadæ diebus, 359

Meditationes septem pro singulis hebdomadæ diebus, 359

Meditationes septem pro singulis hebdomadæ diebus, 359

Meditationes septem pro singulis hebdomadæ diebus, 359

Meditationes septem pro singulis hebdomadæ diebus, 359

INDEX

7	hebdomadae diebus,	369
	Aliae meditationes de septem virtu- tibus,	378
	Aliae meditationes pro variis anni temporibus ac primò pro tempo- re Adventus,	380, & 381
	Aliae meditationes à nativitate usque ad septuagesimam,	391
	Meditationes à septuagesima usque ad Quadragesimam,	398
	Meditationes septem pro tempore Quadragesimæ,	405
	Meditationes à paschate ad Penteco- sten,	414
	Meditationes à Pentecoste ad Ad- ventum,	421
	Ordo Missæ,	431
	Oratio præparatoria ad audiendas Confessiones,	448
	Oratio recitanda post auditas Con- fessiones,	431
	Devo-	

INDEX

Devotissimus modus quotidie quin-
que vulnera CHRISTI saluran-
di, 452



PRÆFA-

PRÆFATIO CHRISTI
AD
SACERDOTES & CLERICOS,

GENERI ELECTO,
REGALI
SACERDOTIO,
GENTI SANCTÆ, POPULO
ACQUISITIONIS, &c.

CHRISTVS,
SACERDOS IN ÆTERNUM
SECUNDUM ORDINEM
MELCHISEDECH.

*Formidanda dignitatis commendationem, &
sacri ministerii fidelem executionem.*

*P*iscatores Hominum, Sacerdotes mei,
Pracones veridici, lucerna diei.
Charitatis radio fulgentes, & Spei,

A

Auri-

Auribus percipite verba oris mei.

*Vos in Sanctuario mihi deservitis;
Vos vocavi Palmites: Ego vera vitis;
Cavete, ne steriles, aut inanes sitis,
Si mecum perpetuo vivere velitis.*

*Vos estis Catholica legis protectores,
Sal terra, lux Hominum, ovium Pastores,
Muri domus Israel: morum correctores,
Vigiles Ecclesie, Gentium Doctores.*

*Si legis protectio cadat, lex labetur;
Si sal evanuerit, in quo salietur;
Nisi lux appareat, via nesciatur;
Et nisi Pastor vigilet, ovile frangetur.*

*Vos coepistis vineam meam procurare.
Hanc doctrina rivulis debetis rigare,
Spinas, atque tribulos prorsus extirpare,
Ut radices fidei possint germinare.*

*Vos estis in area boves trirurantes.
Prudenter à palea grana separantes,
Vos habent pro speculo legem ignorantes.
Populi, qui fragiles sunt & inconstantes.*

*Quicquid vident laici vobis displicere,
Dicunt procul dubio sibi non licere;
Et quicquid vos opere vident adimplere,
Credunt esse licitum & culpa carere.*

*Cum Pastores ovium sitis constituti,
Ne estote desides, sicut canes muti,
Vobis non deficiant latratu acuti,*

Lupus

Lup
C
Mio
Sern
Cibo
O
Sed
Debi
Ne q
S
Omi
Nec
Ne c
G
Gra
Vobi
Ovi
V
Mun
Regu
Null
N
Gra
Nih
Qui
E
Pert
Verb

Lupus rapax invidet ovium saluti.

*Grege fidelis triplici cibo sustinetur,
Mito sacro corpore, quo salus augetur:
Sermonis compendio: quod discretè detur:
Ciboque corporeo ne periclitetur.*

*Omnia tenemini vestris predicare:
Sed quid, qualiter, ubi, quando, quare,
Debetis sollicitè praconsiderare.
Ne quis in officio dicat vos errare.*

*Spectat officium vestra dignitatis,
Omnibus petentibus mea dare gratis,
Nec cuiquam hominum munera pendatis,
Ne cum Giezi pariter lepram incurratis.*

*Gratis Eucharistiam plebi ministrare,
Gratis & absolvere, gratis baptizare,
Vobis data caelitus cuncta gratis dare,
Ovium salutem sedulo curare.*

*Vestra conversatio sit religiosa,
Munda conscientia, vita virtuosa,
Regularis habitus, mensque gratiosa,
Nulla vos coinquinet labes criminosa.*

*Nullus fastus elevet statum vestrae mentis,
Gravis in intuitu habitus sit testis.
Nihil vos illaqueet curis inhonestis.
Quibus claves tradita sunt Regni caelestis,
Estote brevisloqui, ne vos ad reatum!
Pertrahat loquacitas, nutrix vanitatum:
Verbum quod loquimini sit abbreviatum.*

Lupus

A 2

Nam

*Nam in multi loquio non deest peccatum.
Estote benevoli, sobrii, prudentes,
Iusti, casti, simplices, pii, patientes,
Hospitales, humiles, subditos dicentes
Consolantes miseros pravos corrigentes.*

*Nam si sic gesseritis curam Pastoralem,
Verèque vixeritis vitam spiritualem.
Postquam exueritis chlamydem carnalem.
Ipse vobis conferam stolam immortalem.*





DIRECTORII
SACERDOTALIS
PARS I

PII SACERDOTIS
EXERCITIUM QUOTIDIANUM
PRÆLUDIUM TOTIUS OPERIS.

O ÆTERNITAS
ÆTERNITAS!

Quarum altera fœlicissima, vel miserrima mihi, & forte hodie obtinget: cum verò in morte Judex advenerit, quid pro ÆTERNITATE fecisse vellem?

RE-

A ;

DE

DE DUPLICI EXERCITIO PII SACERDOTIS.

Argumentum operis.

Pii Sacerdotis est, duo præcipuè Exer-
citia quotidie pro viribus exequi: 1.
Horas Canonicas integre, reverenter,
& attentè persolvere. Missæ Sacrifici-
um cum debita præparatione, animi
puritate, & spiritus fervore Deo offerre.

De Horarum recitatione.

Quantum ad I. videlicet Horarum
recitationem, curet Sacerdos virtuales
saltem habere intentionem Deum lau-
dandi & honorandi, idque exclusis di-
stractionibus, quibus protestetur se
nolle assentiri, Ad quæ juvabunt quæ
sequuntur.

I. Præmittere Orationem hanc in
fronte Breviarii positam.

Oratio ante Officium.

Aperi, Domine, os meum ad benedicen-
dum

duum nomen sanctum tuum, munda quoque cor meum ab omnibus vanis, peruersis & alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflamma, ut dignè & attentè ac devotè hoc Officium recitare valeam, & exaudiri merear ante conspectum divinae majestatis tuae. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

2. Curare debet ne aliqua negligentia, vel oscitantia partem aliquam Horarum omittat.

3 Post finem officii dicat Orationem sequentem, quam devotè recitantibus Leo X. Papa, defectus & culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractos, indulgit.

Oratio post Officium.

Sacro-sancta & individua Trinitati; Crucifixi Domini nostri Iesu Christi humanitati beatissime ac gloriosissima Virginis Mariae fecunditati, atque integritati, omnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria, ab omni creatura, nobisque remissio peccatorum, per infinita saecula saeculorum Amen.

Et beata viscera Mariae Virginis qua portaverunt aeterni Patris Filium; & beata ubera

que lactaverunt Christum Dominum. Pater
noster, &c. Ave Maria, &c.

DE MISSÆ SACRIFICIO.

Quantum ad 2. scilicet quotidianum
Missæ Sacrificium. I. meminere, Sacer-
dos pietatis studiosus verborum Vene-
rabilis Bedæ Presbyteri.

*Beda venerabilis Hortatio ad quotidie cele-
brandum.*

Sacerdos non legitime impeditus celebrare
omittens, quantum in eo est privat Sanctam
Trinitatem laude & gloria, Angelos letitiâ,
peccatores veniâ, iustos subsidio & gratiâ, in
Purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam spe-
ciali Christi beneficio, & se ipsum medicinâ ac
remedio.

Intentio recta formanda.

II. Caveat ne aut arida consuetudine
ductus, aut vana gloria, aut (quod tur-
pius est) spe lucri ad Altare sacrificatu-
rus accedat: sed quotidie bonam ac piam
sibi

duum nomen sanctum tuum, munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perversis & alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflamma, ut dignè & attentè ac devotè hoc Officium recitare valeam, & exaudiri merear ante conspectum divinae majestatis tuae. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

2. Curare debet ne aliqua negligentia, vel oscitantia partem aliquam Horarum omittat.

3 Post finem officii dicat Orationem sequentem, quam devotè recitantibus Leo X. Papa, defectus & culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractos, indulgit.

Oratio post Officium.

Sacro-sancta & individua Trinitati; Crucifixi Domini nostri Iesu Christi humanitati beatissime ac gloriosissima Virginis Mariae fecunditati, atque integritati, omnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria, ab omni creatura, nobisque remissio peccatorum, per infinita saecula saeculorum Amen.

Et beata viscera Mariae Virginis qua portaverunt aeterni Patris Filium; & beata ubera

que lactaverunt Christum Dominum. Pater
noster, &c. Ave Maria, &c.

DE MISSÆ SACRIFICIO.

Quantum ad 2. scilicet quotidianum
Missæ Sacrificium. I. meminerit, Sacer-
dos pietatis studiosus verborum Vene-
rabilis Bedæ Presbyteri.

*Beda venerabilis Hortatio ad quotidie cele-
brandum.*

Sacerdos non legitime impeditus celebrare
omittens, quantum in eo est privat Sanctam
Trinitatem laude & gloria, Angelos letitiâ,
peccatores veniâ, iustos subsidio & gratiâ, in
Purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam spe-
ciali Christi beneficio, & se ipsum medicinâ ac
remedio.

Intentio recta formanda.

II. Caveat ne aut arida consuetudine
ductus, aut vana gloria, aut (quod tur-
pius est) spe lucri ad Altare sacrificatu-
rus accedat: sed quotidie bonam ac piam
sibi

sibi formet intentionem, ad quam formandam proderit devotè legere sequentia:

GREGORIUS XIII.

PONT. MAX. concessit cuilibet Sacerdoti dicenti ante celebrationem Missæ quæ sequuntur, 50. Annorum Indulgentiam.

Forma rectæ intentionis.

EGO volo celebrare Missam, & conficere corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, juxta ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad laudem omnipotentis Dei totiusque Curia triumphantis, ad utilitatem meam, totiusque curia militantis, pro omnibus qui se commendarunt orationibus meis in genere, & in specie, & pro foelici statu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: Amen.

Gaudium cum pace, emendationem vitæ, spacium vera pœnitentiæ, gratiam & consolationem sancti Spiritus, per severantiam in bonis operibus tribuat nobis omnipotens, & misericors Dominus. Amen.

Conscientia discussio.

III. Formata intentione, juxta Apostoli

A 5

stoli

stoli doctrinam. *Probet seipsum Sacerdos, antequam de Pane illo edat, & de Calice bibat.* Quam quidem probationem per conscientiaë discussionem opportunè faciet, adhibita Confessione, vel saltem contritione, si desit copia Sacerdotis, & necessitas aliqua urgeat ad celebrandum: nam alias nullus Sacerdos sibi conscius peccati mortalis, etiam cui ex officio incumbit celebrare, potest absque Sacramentali Confessione præmissâ, ad sacram Eucharistiam accedere, quantumvis sibi contritus videatur, ut declarat Concilium Tridentinum.

Vsus contritionis commendatio.

VI. Quia contritionis facta est mentio, sciat Sacerdos tanti eam esse momenti, ut quantumcumq; gravisimum peccatorem mox in Dei gratiam reponat, & ad salutem sufficiat, modò adsit propositum confitendi, cum præceptum Confessionis obligabit.

Contritionis definitio.

Est enim contritio, perfectus animi dolor,

dolor, ob Deum offensum, quem summè, & super omnia diligere tenebarur.

Quando formandus Contritionis actus.

Frequens proinde ejus usus à viris doctis & piis plurimum commendatur: Primò potissimum manè, ut Deo reconciliati opera nostra aliàs mortua, meritoria vitæ æternæ offerre possimus. Secundò vesperi in examine conscientiæ, contra repentinam mortem. Tertiò post peccatum aliquod mortale admissum, ne inimici Dei perseveremus. Quartò ante Orationem, cum non sit. *Speciosa laus in ore peccatoris.* Quintò in periculo mortis.

Cujus quidem contritionis actus formari potest ut sequitur.

Actus Contritionis formula.

Domine Iesu Christe, verè Deus & homo, Creator pariter ac Redemptor meus, doleo ex intimo cordis, me tuam majestatem offendisse cum tu sis Deus meus & omnia quem super omnia diligere & colere debeo. Proinde firmiter statuo ac prepono, me non amplius te offensus-

rum, sed omnes peccandi occasiones de vitaturum pro viribus, me insuper de noxis meis confessurum, & poenitentiam quancumque imponendam impleturum. Ad pleniorẽ Verò satisfactionem hodie tibi offero me ipsum, vitam meam, omnes labores meos, omnia denique interiora & exteriora mea. Et quemadmodum delictorum meorum veniam supplex efflagito, ita me eam impetraturum confido per infinitam misericordiam ac benignitatem tuam, per merita quoque pretiosissimi sanguinis, ac sanctissima Passionis, Te insuper daturum spero gratiam emendandi vitam meam, & in bono usque in finem perseverandi, intercedentibus pro me apud tuam clementiam Beata Maria semper Virgine Matre tua, & omnibus Sanctis tuis. Amen.

Propinquior preparatio ante Missam.

V. Sacerdos celebraturus, ex præscripto Missalis Romani non nihil Orationi vacare debet. Itaque sepositis omnibus, se intra se ipsum recipere conetur qua maxima poterit efficacia tria sequentia obcundo.

Puncta Considerationum ante Missam.

Primò, Præmissa consideratione
quod

quod quamvis quicquid unquam Sancti, imò omnis Angelorum ac cælitum multitudo facere potest, efficiat, debitè tamen tanto mysterio se præparare nequeat ; petat humiliter à Deo ut eo se disponat modo, quo gratiorem & acceptiorem immensæ suæ Majestati futurum cognoscit. Et quo influxui divinæ gratiæ, divinisque inspirationibus sit aptior hac ratione se humiliet : ex una parte intuenso quàm sit indignus tanto mysterio ; in vilitatis atque adeò nullitatis suæ abyssum se demergat, considerando quòd non solum ex nihilo nihil sit, verum etiam fons, & scaturigo peccati, esca inferni (à quo singulari Dei beneficio pretio est ereptus) imperfectionibus, negligentia, & corpore in bonis operibus nihil ex se nisi dissipator divinæ gratiæ remaneat.

Alia ex parte abyssum divini amoris penetret, per quem tam vili & abjecta creatura in re tam sublimi uti voluit, nimirum ad consecrandum, offerendum, & recipiendum Corpus & Sanguinem Jesu Christi Filii Dei viventis. Adnitatur ergo omnibus modis eum redamare, benedicere, eique gratias referre.

Secundò, Præmissa Consideratione quid facturus sit Sacrum Missæ officium celebrando, nimirum non solum representaturus, sed etiam rectè oblaturus Deo illud ipsum sacrificium, quod pro toto mundo Christus in Cruce obtulit: seipsum unà cum hoc incruento, vivum quodammodo Sacrificium & holocaustum conjungat cruento illi Sacrificio Passionis, preceaturque ex intimis cordis sui visceribus Christum Dominum, ut illo divino Amoris igne omnes suos defectus, imperfectiones; & peccata comburere atque consumere dignetur, qui eum impulit, & vitam pro nobis ponere, & acerbissimam mortem sustinere.

Tertiò, Omnem intentionem, quo poterit maximo affectu, ad quatuor potissimum in celebratione quàm perfectissimè assequenda dirigit. Primò, Deo maximam quam potest & meretur ipse gloriam exhibere, in unum colligendo eam omnem quæ ipsi ab origine mundi data fuit, & quæ illi in æternum dabitur à sanctissima Christi humanitate, & Beatissima Virgine, totaque Curia cælesti, & cum hoc omne ad comparationem

nem

nem tam immensæ majestatis perexiguam sit, addat eam ipsam quam à seipso habet. Secundò, ut gratitudinis officio (quod erga Deum cum toto mundo nobis commune est) satisfaciat, offerat Deo Filium suum donum infinitum. Tertiò, Memoriam Passionis Christi in Missa multis modis repræsentatam, viva quadam mentis repræsentatione renovare contendat, Deo mortem Unigeniti Filii sui in satisfactionem mortis æternæ à toto humano genere persolvendæ offerendo. Quartò, virtute Sacrificiî hujus acceptabilis, toti Ecclesiæ, & multis particularibus negotiis & personis, quarum recordari decreverit, modo sequenti, auxiliari tenetur.

Primò, Capiti Christi coronato spinis, offerat summum Pontificem, cum omnibus Prælatis, & statu Ecclesiastico; & omnes Principes.

Secundò, Lateri Christi, sanctam Ecclesiam, quæ, ut sponsa, ab eo in Cruce egressa est.

Tertiò, Manui Christi dexteræ, offerat omnes benefactores & Amicos: & Sinistræ persecutores & malevolos.

Quartò, Peditextro, Commendatos
ex ob.

ex obligatione vel obedientia : Sinistro omnes qui sunt in peccato mortali.

Quintò, Cruci, omnes Religiones à sede Apostolica approbata.

Sextò, Flagellis sputis & alapis omnes Gentiles & Hæreticos , qui flagellant Christum.

Septimò, Siti quam passus est imprimis se ipsum : deinde illos qui sitiunt, & desiderant, ut Deum pro ipsis oret.

Octavò, Agoniæ & tristitiæ quas passus est in Horto, omnes personas in tribulatione constitutas , & calamitates tam publicas, quàm privatas.

Nondò, Morti Salvatoris, omnes defunctorum fidelium Animas.

In ipso Missa actu quid prestandum.

VI. Ipso Missæ tempore adlaborabit sacerdos. Primò, Quantum poterit ex iis quæ profert, aliquid profectus spiritualis haurire, atque vocem divinarum inspirationum audire, quando cumque illas perceperit. Secundò, in Memento non multum inhærebit recordationi diversarum rerum, sed cum eas ante Missam Deo obtulerit, nunc omnes in unum
colli-

colligens, eas Deo majori quo poterit affectu offerat. Tertiò consecrationis tempore persuasum habens, se jam ali-um esse à seipso, Christum videlicet, in cujus persona sibi consecrandum est: Deum precabitur, ut suscipiat sacrificium unici Filii sui in ablu-tionem omnium peccatorum & odorem suavitatis, non secus ac si modo moreretur. Quartò communionis tempore primo adnitatur communicare cum profunda reverentia seipsum verè indignissimum tanto Sa-cramento persuasum habens, utpote cu-jus anima sit quasi spelunca, & cloaca spurcissima, & animalium venenato-rum habitaculum, quantum est ex se, & seclusa gratia Dei miserentis. Deinde magno amoris æstu in Christum trans-formari suspirabit, similisque illi fieri in sanctitate & virtutibus optabit.

Post Missam quid agendum.

VII. post Missam vero, primò de ne-gligentiis in celebratione admisis ve-niam perat. Secundò, Deo pro accepto beneficio gratias agat, quod nimirum facultatem largitus sit renovandi me-mo-

memoriam Passionis Christi, & eum in cor
suum per Communionem admittendi.
Terriò, offerat Patri æterno pro se, &
tota Ecclesia, quicquid tum fecit, tum
passus est pro nobis Christus, triginta
trium annorum spatio, nec à sui oblatio-
ne desistat. Quartò, sibi aliisque ab ipso
concedi petat, quicquid illi gratius fue-
rit, & quicquid ab æterno sibi conferre
disposuit, majorem sui ipsius custodiam
statuendo impofterum.

GRATIARVM ACTIO

post Missam.

O Dulcedo cordis mei & vita anima
meæ, & jucunda requies spiritus
mei, dulcis JESU, immortales tibi ago
gratias, pro omnibus beneficiis mihi
collatis: signanter verò, quia hodie me
dignum fecisti, verum & immaculatum
Corpus & Sanguinem tuum pretiosum
consecrare, pertractare, illudque tibi
offerre in memoriam tuorum mirabili-
um, ad tuam gloriam, & in remissio-
nem omnium peccatorum tam meorum
quàm illorum, pro quibus orare, sacri-
ficare, & offerre proposui, illoque in sa-
lutem

litem; & consolationem animæ meæ cibari & nutriti, quapropter verè dicere audeo, cibus meus Christus, & ego ejus. Multiplico ergo, & quotiescunque respiro, multiplicare intendo meam voluntatem in infinitum in tuis laudibus. Precorque Beatissimam Virginem, Angelos, Sanctos, Sanctas, & Creaturas universas pro me immensas tibi referre gratias: immò quia istæ minimè sufficiunt. Te supplico, ut tibi ipsi gratias agere, te laudare, & glorificare complaceas: & quia dignatus es istam indignam, tuam tamen facere habitationem, dignare quoque apud ipsam, perpetuam facere mansionem: effice me hominem secundum cor tuum. Uni me tibi intime, & totum transforma, & transmuta in te. Salva me, JESU CHRISTE, & cunctam à me hostis antiqui depelle nequitiam, per tuam innocentissimam passionem. Oro tandem ut digneris gratias, & indulgentias omnes, quas hoc sacrificio vel communionem mediante acquirere & lucrari possum, concedere, tam mihi, quam aliis, vivis, & defunctis, quibus applicare proposui: quia te ipsum, & pro ipsis exoro pro quibus & tu vis, &
san-

sanctissimus Pontifex intendit hac de causa me debere orare. Amen.

Praxis examinis conscientia.

VIII. Et ut pius Sacerdos ordinatè procedat in examine conscientia suæ, praxim sequentem in quinque puncta distributam, religiosè observabit.

Primum punctum erit. Gratias agere Deo. 1. De beneficiis omnibus generali nomine expressis. 2. De vocatione ad talem statum. 3. De hodiernis beneficiis, inspirationibus, & bonis operibus.

Secundum Punctum erit, petere lumen. Primò, Erubescendo, quod suaviter ineffabili Dei pietate præventus & adjutus, adeò malè diem transegerit. Secundò, Ut videat quomodo à fine illo, ad quem vocatus est defecerit. Tertiò, Ut videat quid ab eo Domino maximè requirat.

Tertium Punctum erit, Examinare primò, Quomodo proposita emendationis à præcedenti examine servaverit. Secundò, Quid singulis horis commiserit, omiserit, neglexerit. Tertiò, An puram intentionem in operibus vitiauerit ratione

tione sensualitatis, vanitatis, curiositatis consuetudinis.

Quartum Punctum erit, Conteri & dolere de omnibus imperfectionibus præcedentibus, quippè qui potius pœnas inferni sustinere debuisset, quàm Deo displicere.

Quintum Punctum erit, Inquirere quâ viâ. Primò, Deo perfectiùs placere possit. Secundò, Vitia jam cognita extirpare possit. Tertio, Virtutes contrarias adipisci possit.

Applicatio Missæ pro vivis.

IX. Sacerdos sui memor officii ante sacrum debet sequentem, aut similem Missæ applicationem devotè, & cum affectu percurrere.

Memento Vivorum.

1. Mei, parentum, fratrum, sororum, consanguineorum, & omnium amicorum meorum.

2. Omnium quibus fui gravamen, scandalum, & occasio peccandi.

3. Omnium benefactorum meorum in temporalibus & spiritualibus.

4. Omne

4. Omnium Sacerdotum, & Ministrorum Ecclesiæ Dei Catholicæ.

5. Omnium inimicorum meorum, ad dimissionem.

6. Omnium Hæreticorum, & infidelium, ad conversionem.

7. Omnium agonizantium, improvisè morientium.

8. Omnium mihi commissorum in genere, & in specie, & omnium pro quibus vis, & scis me debere orare.

Applicatio Missæ pro Defunctis.

Memento Mortuorum.

1. Animarum parentum, fratrum, sororum, consanguineorum, & omnium amicorum meorum.

2. Animarum, quæ, occasione mei, purgantur in Purgatorio.

3. Animarum omnium benefactorum meorum in spiritualibus & temporalibus.

4. Animarum omnium Sacerdotum, & Ministrorum Ecclesiæ Dei Catholicæ.

5. Animarum quarum non est specialis memoria.

6. Ani-

6. Animarum omnium mihi commiffarum in genere, & in fpecie.

7. Animarum omnium improvifa morte corporibus exutarum.

8. Animarum existentium in Purgatorio, & omnium pro quibus vis, & fcis me debere orare.

*FORMA INTENTIONIS ALIA
ad Miffam celebrandam.*

AD laudem, & gloriam Sanctiffimæ Trinitatis: in memoriam Salvatoris noftri JESU Chrifti, vitæ, Paflionis, Mortis ac Refurrectionis, ac operum, & meritorum fuorum, omniumque Sanctorum unionem. Ad laudem quoque, & exaltationem Beatiffimæ Virginis MARIÆ, Cæleftium Angelorum, Sanctorum, atq; Sanctarum & fignanter N. N. & aliorum Sanctorum; offero etiam cum ipforum beatorum fpirituum laudibus, Sanctorumque omnium precibus & meritis nunc & femper, hoc, & omnia alia facrificia, officia, orationes, & bona opera totius mundi pro meis præfentibus & futuris animæ, & corporis neceffitatibus, in auxilium & confolatione

ti-

tionem meam, & in remissionem omnium peccatorum meorum, quorum veram contritionem semper habere intendo, conor, & cupio, omniumque vivorum, & defunctorum meorum parentum, & consanguineorum, amicorum, inimicorum, benefactorum in spiritualibus, & temporalibus, ac illorum, quibus fui gravamen, scandalum, & occasio peccandi. Pro omni gradu Catholicæ Ecclesiæ, ac illius conservatione, augmento & exaltatione, Christianorum Principum unione: hæresim extirpatione: Summi Pontificis salute: & animarum in Purgatorio existentium liberatione. Pro conservatione & incremento omnium Religionum. Pro conversione omnium infidelium. Pro mihi commissis & commendatis. Denique pro illis omnibus vivis atque defunctis, pro quibus Dominus noster JESUS Christus, & ejus Mater sciunt & volunt me debere orare, & sacrificare: sic oro, obsecro, ac orare, obsecrare, sacrificare intendo ac propono, ac juxta intentionem sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, Ego N. Minister licet indignus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

RUBRI-

RVBRICÆ GENERALES MISSALIS.

Missa quotidiè dicitur secundum ordinem officii: de festo Duplici, vel Semiduplici, vel Simplici: de Dominica: vel Feria, vel Vigilia, vel Octava; & extra ordinem Officii, Votiva, vel pro defunctis.

DE DVPLICI.

I.

Missa dicitur de Duplici illis diebus, quibus in Calendario ponitur hæc nota. *Duplex*, & in festis mobilibus, quando cunque Officium est duplex. In duplicibus dicitur una tantum Oratio, nisi aliqua commemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur ut in propriis Missis assignatum est.

Quando dici debeat, *Gloria in excelsis*, & *Credo*, inferiùs ponitur in propriis Rubricis.

DE SEMIDVPLICI ET SIMPLICI.

II.

Missa de Semiduplici dicitur, quando in

B

do in

do in Kalendario ponitur hæc vox, *Semiduplex*. Præterea in dominicis, & diebus infra Octavas. In Semiduplicibus tam festis, quam dominicis, & infra Octavas dicuntur plures Orationes, ut infra dicitur in Rubrica de Orationibus. Infra Octavam dicitur Missa sicut in diebus Festi, nisi propriam Missam habuerint in Dominicis verò, sicut in propriis locis assignatur. De Simplici dicitur Missa sicut de Semiduplici, ut suis locis ponitur.

DE FERIA ET VIGILIA:

III.

1. Missa de Feria dicitur, quando non occurrit Festum vel Octava, vel Sabbatum in quo fiat officium B. Mariæ. In feriis tamen Quadragesimæ, Quadragesimæ temporum, Rogationum & vigiliarum, etiam si duplex, vel Semiduplex festum, vel Octava occurrat, in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis cantantur duæ Missæ, una de festo post Terentiam, alia de Feria post Nonam.

2. In Vigiliis autem & Feriis Quatuor

tuo

tuor Temporum, vel feria secunda Rogationum, quæ veniunt infra Octavam, Missa dicitur de Vigilia, vel feriis supradictis cum commemoratione Octavæ, præterquam infra Octavam Corporis Christi, in qua in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis cantantur duæ Missæ una de Octava post Tertiam, alia de Vigilia post Nonam: In Missis autem privatis dicitur Missa de Octava cum commemoratione Vigiliæ. Si autem in die Vigiliæ vel prædictis feriis fiat officium de aliquo Festo, tunc dicitur Missa de Festo, cum commemoratione Octavæ & Vigiliæ, vel feriarum prædictarum. Quòd si Vigilia occurrat in die alicujus Festi ex majoribus primæ classis, in Missa non fit commemoratio de ea, sicut nec in officio.

3. Si festum habens Vigiliam celebratur Feria secunda, Missa Vigiliæ dicitur in Sabbato, sicut etiam de ea fit Officium: excepta Vigilia Nativitatis Domini, & Epiphaniæ.

4. Missa Vigiliæ in Adventu occurrentis, dicitur cum commemoratione ferix Adventus, licet de ea non sit factum Officium: Vigilia Nativitatis excepta.

B 2

5. Si

5. Si in Quadragesima & Quatuor temporibus occurrat Vigilia, dicatur Missa de Feria cum commemoratione Vigiliæ.

6. Tempore Paschali non dicitur Missa de Vigilia, nisi in Vigilia Ascensionis, quæ tamen non jejunatur, sicut nec Vigilia Epiphaniæ.

DE MISSIS VOTIVIS S. MARIE
& aliis.

IV.

1. In Sabbatis non impeditis festo Duplici, Semiduplici, Octava, Vigilia feria Quadragesimæ, vel Quatuor temporum, vel Officio alicujus Dominice quæ supersit, in præcedens Sabbatum translato, dicitur Missa de S. Maria secundum varietatem temporum, ut sine Missalis ponitur.

2. In Adventu autem, licet Officium non fiat de S. Maria in Sabbato, dicitur tamen Missa principalis de ea, cum commemoratione de Adventu, nisi fuerint Quatuor tempora, vel Vigilia, ut supra.

3. Alii

3. Aliis diebus infra Hebdomadam, quando officium fit de Feria, & non est resumenda Missa Dominicæ præcedentis, quæ fuerit impedita (exceptis feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor temporum, Rogationum, & Vigiliarum) dici potest aliqua ex Missis votivis, etiam in principali Missa, quæ vocatur Conventualis, secundum ordinem dierum in fine Missalis assignatum, cum commemoratione Feriæ, de qua factum est Officium. Quæ tamen Missæ, & omnes aliæ Votivæ, in Missis privatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum, quocunque die Officium non est duplex, aut Dominica cum commemoratione ejus, de quo factum est Officium, & commemoratione item Festi Simplicis, si de aliquo occurrat eod die fieri commemorationem in Officio. Id verò passim non fiat, nisi rationabili de causa. Et quoad fieri potest, Missa cum Officio conveniat.

DE MISSIS DEFUNCTORYM.

V.

1. Prima die cujusque mensis (extra Adventum, Quadragesimam, & tempus Paschale) non impedita Officio Duplici vel Semiduplici, dicitur Missa principalis generaliter pro Defunctis sacerdotibus, Benefactoribus & aliis. Si verò in ea fuerit festum Simplex, vel FERIA quæ propriam habeat Missam, aut resumenda sit missa Dominicæ præcedentis, quæ fuit impedita, & infra Hebdomadam non occurrat alius dies, in quo resumatur: in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis dicantur duæ Missæ, una pro defunctis, alia de Festo Simpliciter vel FERIA prædicta. Sed in Ecclesiis non Cathedralibus nec Collegiatis, dicatur Missa de die cum commemoratione generaliter pro Defunctis.

2. Præterea feria secunda cujusque hebdomadæ, in qua Officium fit de FERIA, Missa principalis dici potest pro Defunctis Si autem fuerit propria Missa de feria, vel de festo Simpliciter, vel resumenda sit

da sit Missa Dominicæ præcedentis ut
 supra, in Missa de die fit commemoratio
 (ut dictum est) pro Defunctis. Excipi-
 tur tamen Quadragesima, & totum
 tempus Paschale, & quando per annum
 Officium est Duplex vel Semiduplex:
 quibus temporibus non dicitur Missa
 conventualis pro Defunctis; (nisi in die
 Depositionis defuncti, & in Anniversa-
 rio pro Defunctis) neque pro eis fit com-
 memoratio. Missæ autem privatæ pro
 Defunctis quocunque die dici possunt,
 præterquam in festis Duplicibus, & Do-
 minicis diebus.

3. In die Commemorationis omnium
 Defunctorum, & in die Depositionis,
 & in Anniversario defuncti, dicitur una
 tantum oratio, & similiter in die Ter-
 tia, Septima, Trigesima, & quodocun-
 que pro Defunctis solenniter celebra-
 tur: in aliis Missis, plures, ut de Feriis &
 Simplicibus, dicitur infra in Rubrica
 de Oratiouibus.

4. Sequentia pro Defunctis dicitur
 in die Commemorationis omnium fide-
 lium Defunctorum, & Depositionis de-
 functi, & quodocunque in Missa dici-
 tur una tantum Oratio: in aliis autem

Misſis pro defunctis, dicatur ad arbitrium Sacerdotis.

DE TRANSLATIONE FESTORVM.

VI.

1. In dicendis Misſis ſervetur ordo Breviarii de Translatione feſtorum Duplicium & Semiduplicium, quando majori aliquo feſto, ſeu Dominica impediuntur. In Eccleſiis autem, ubi titulus eſt Eccleſiæ, vel concuſus populi ad celebrandum feſtum quod transferri debet, poſſunt cantari duæ Miſſæ, una de die, alia de Feſto: excepta Dominica prima Adventus, Feria quarta Cinerum, Dominica prima Quadrageſimæ, Dominica Palmarum, cum tota Hebdomada majori, Dominica Reſurrectionis & Dominica Pentecoſtes cum duobus diebus ſequentibus. Die Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Aſcenſionis, & Feſto Corporis Chriſti.

DE

un
fit
de
tio
de
La
me
pri
rur
nu
ſis
te,
ca
tur
me
leb
ſtu
Bre
Ire
mi

Ad

DE COMMEMORATIONIBVS.

VII.

1. Commemorationes in Missis fi-
unt sicut in Officio. De festo Simplici
fit commemoratio in Missa, quando
de eo in Officio facta est commemora-
tio in primis Vesperis. Quando autem
de eo fit commemoratio tantum ad
Laudes, in Missa solemniori non fit com-
memoratio de eo, sed in Missis tantum
privatis. Excipitur Dominica Palma-
rum, & Vigilia Pentecostes, in quibus
nulla fit commemoratio etiam in Mis-
sis privatis, de festo simplici occurren-
te, licet facta sit in Officio. De Domini-
ca fit commemoratio quando in ea agi-
tur de festo Duplici. De Octava fit com-
memoratio, quando infra Octavam ce-
lebratur aliquod Festum, nisi illud Fe-
stum fuerit de exceptuatis in Rubrica
Breviarii de Commemorationibus.
Item quando infra Octavam fit de Do-
minica.

2. De Feria fit commemoratio in
Adventu, Quadragesima, Quatuor
B s tem-

temporibus, Rogationibus, & Vigiliis quando Missa dicenda est de Festo illis temporibus occurrente. Sed in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis, ubi plures Sacerdotes quotidie celebrant, in Feriis, Rogationibus, & Vigiliis prædictis, quæ habent Missas proprias, dicuntur duæ Missæ, una de Festo, alia de Feria, Rogationibus & Vigilia, absque ullius utrorumque commemoratione: in Festis tamen majoribus primæ classis nihil fit de Vigilia occurrente, ut dictum est supra.

3. Quando infra Hebdomadam dicuntur Missæ Votivæ, post primam Orationem semper dicatur Oratio ejus de quo fit officium, ut supra explicatum est in propria Rubrica.

4. Quando fit commemoratio de feria Quatuor temporum, pro Feriæ commemoratione dicitur prima Oratio quæ concordat Officio.

5. In faciendis commemorationibus servetur ordo, ut in Breviario. De Dominica ante diem infra Octavam, de die infra Octavam, ante Ferias prædictas, de Feriis prædictis, ante festum simplex: de Festo simplici, ante Orationes

quæ

quæ secundo vel tertio loco dicendæ assignantur, & hæc dicantur ante Orationes votivas: in quibus votivis servetur, deinde dignitas Orationum, ut de S. Trinitate, de Spiritu Sancto, de Sacramento, de S. Cruce ante Votivum de B. MARIA, & de Angelis ante Apostolos, & similiter in aliis.

6. Si facienda sit commemoratio pro defunctis, semper ponitur penultimo loco. In Missis autem Defunctorum nulla fit commemoratio pro vivis, etiam si Oratio esset communis pro vivis & defunctis.

7. Quando dicuntur plures Orationes, prima tantum & ultima cum sua conclusione terminantur: & ante primam & secundam Orationem tantum dicitur *Oremus*: ante primam dicitur etiam, *Dominus vobiscum*.

8. Cùm verò dicuntur plures Orationes, & una Oratio eadem sit cum alia ibidem dicenda, Oratio hujusmodi, illa scilicet, quæ eadem est, non aliæ, commutetur cum alia de Communi, vel proprio quæ sit diversa. Idem servetur in Secretis, & Orationibus post communionem.

DE INTROITV, KYRIE ELEISON,
& *Gloria in excelsis.*

VIII.

1. *Introitus* semper eodem modo dicitur cum *Gloria Patri*, ut in Ordinario, præterquam tempore Passionis, & in Missis defunctorum, ut etiam ibi annotatum est.

2. *Kyrie eleison* dicitur novies post Introitum, alternatim cum ministro, id est, ter *Kyrie eleison*, ter *Christe eleison*, ter *Kyrie eleison*.

3. *Gloria in excelsis* dicitur quando cunque in Matutino dictus est Hymnus, *Te Deum*, præterquam in Missa Ferie quintæ in Cæna Domini, & Sabbati sancti, in quibus *Gloria in excelsis* dicitur, quamvis in Officio non sit dictura *Te Deum*.

4. In Missis votivis non dicitur, etiam tempore Paschali, vel infra Octavas, nisi in Missa B. MARIÆ in Sabbato & Angelorum: & nisi Missa votiva solemniter dicenda sit pro re gravi, vel pro publica Ecclesiæ causa. Neque dicitur in Missis Defunctorum.

DE

DE ORATIONIBVS.

IX.

1. In festis Duplicibus dicitur una tantum Oratio, nisi facienda sit aliqua commemoratio, ut dictum est suprà.

2. In festis Semiduplicibus occurrentibus ab Octava Pentecostes usque ad Adventum, & à Purificatione usque ad Quadragesimam, dicitur secunda Oratio, *A cunctis*, tertia ad libitum.

3. In festis Semiduplicibus occurrentibus ab Octava Epiphaniæ usque ad Purificationem, dicitur secunda Oratio *Deus qui salutis*, tertia *Ecclesia*, vel pro Papa. *Deus omnium fidelium*.

4. In festis Semiduplicibus à feria quarta Cinerum usque ad Dominicam Passionis, secunda Oratio de feria, tertia *A cunctis*.

5. In Semiduplicibus à Dominica Passionis usque ad Dominicam Palmarum, secunda Oratio de feria, tertia *Ecclesia*, vel pro Papa.

6. In festis Semiduplicibus ab Octava Paschæ usque ad Ascensionem, secunda Oratio

da Orario de S. Maria. *Concede nos*, tertia *Ecclesia*, vel pro Papa.

7. In festis Semiduplicibus infra Octavam occurrentibus, secunda Oratio dicitur de Octava, tertia quæ secundo loco infra Octavam ponitur.

8. Infra Octavas Paschæ & Pentecostes, in Missa de Octava dicuntur duæ tantum Orationes, una de die, alia *Ecclesia*, vel pro Papa.

9. Infra alias Octavas, & in Vigiliis quæ jejunantur (excepta Vigilia Nativitatis Domini, & Pentecostes) dicuntur tres, una de die, secunda de S. Maria, tertia *Ecclesia*, vel pro Papa. Sed infra Octavas S. Mariæ, & in Vigilia, & infra Octavam omnium Sanctorum, secunda Oratio dicitur de Spiritu Sancto. *Deus qui corda*, tertia, *Ecclesia*, vel pro Papa.

10. In Dominicis infra Octavas occurrentibus dicuntur duæ Orationes, una de Dominica, secunda de Octava. Et in die Octava dicitur una tantum Oratio, nisi facienda sit aliqua commemoratio.

11. In Dominicis dicuntur tres, ut in Ordinario assignantur, quibusdam exceptis, ut suis etiam locis notatur.

12. In

12. In festis Simplicibus, & Feriis per annum, nisi aliter in propriis locis no-
retur, dicuntur tres, ut in Semidupli-
cibus, aut quinque: possunt etiam dici
septem ad libitum.

13. In feriis Quatuor temporum, &
ubi plures leguntur Lektionen, hujus-
modi plures Orationes dicuntur post
ultimam Orationem ante Epistolam, ut
suis locis in Proprio Missarum de Tem-
pore.

14. In Missis Votivis, quando solen-
niter dicuntur pro re gravi, vel pro pu-
blica Ecclesiæ causa, dicitur una tantum
Oratio: sed in Missa pro gratiarum ac-
tione additur alia Oratio, ut in proprio
loco notatur. In aliis autem dicuntur
plures, ut in festis Simplicibus.

15. In Votivis B. MARIÆ secunda
Oratio dicitur de Officio illius diei, &
tertia de Spiritu Sancto: sed in Sabbato,
quando de ea factum est Officium, se-
cunda Oratio erit de Spiritu Sancto, ter-
tia Ecclesiæ tuæ, vel pro Papa. In Votivis
de Apostolis quando ponitur Oratio *A
cunctis*, ejus loco dicitur Oratio de S.
MARIA, *Concede nos famulos.*

16. Si cum plures dicuntur Oratio-
nes,

nes, occurrat fieri commemorationem alicujus Sancti, ea ponitur secundo loco, & tertia Oratio dicitur, quæ aliàs secundo loco dicenda erat.

17. In conclusione Orationum hic modus servatur. Si Oratio dirigatur ad Patrem, concluditur, *Per Dominum nostrum, &c.* Si ad Filium, *Qui vivis & regnas cum Deo Patre.* Si in principio Orationis fiat mentio Filii, concluditur, *per eundem Dominum nostrum.* Si in fine Orationis ejus fiat mentio, *Qui tecum vivit.* Si facta sit mentio Spiritus Sancti, in conclusione dicitur, *In unitate ejusdem Spiritus Sancti, &c.* Alia quoque in dicendis Orationibus servantur, quæ superius in Rubrica de Commemorationibus dicta sunt.

DE EPISTOLA, GRADUALI, ALLELUIA, & Tractu, ac de Evangelio.

X.

1. Post ultimam Orationem dicitur *Epistola*: qua finita, à ministris respondetur, *Deo gratias.* Et similiter quando leguntur plures *Lectiones*, post singulas dicitur, *Deo gratias*, præterquam in fine
quin;

quintæ, Læctionis Danielis in Sabbatis
Quatuor Temporum, & in fine Læctio-
num feriæ sextæ in Parasceve, & Sabba-
ti sancti.

2. Post Epistolam dicitur *Graduale*,
quod semper dicitur præterquam Tem-
pore Paschali, cujus loco tunc dicuntur
duo Versus, ut habetur in Rubrica in
Sabbato in Albis.

3. Post *Graduale*, dicuntur duo *Al-
leluja*, deinde Versus, & post Versum, u-
num *Alleluja*, Tempore Paschali, quan-
do non dicitur *Graduale*, dicitur aliud
Alleluja, post secundum Versum: &
quando dicitur *Sequentia*, non dicitur
post ultimum Versum, sed post *Sequen-
tiam*.

4. A Septuagesima usque ad Sabba-
tum sanctum non dicitur *Alleluja*, neque
dicitur in Missis de Feria in Adventu,
Quatuor temporibus, & Vigiliis quæ
jejunantur, exceptis Vigilia Nativitatis
Domini, si venerit in Dominica, & Vi-
gilia Paschæ, & Pentecostes, ac Qua-
tuor temporibus Pentecostes. Nec di-
citur in festo SS. Innocentium, nisi vene-
rit in Dominica.

5. A Septuagesima usque ad Pascha,
ejus

ejus loco dicitur *Tractus*, qui *Tractus* prædicto tempore in aliquibus Feriis non dicitur, ut suis locis ponitur: nec dicitur in Feriis à Septuagesima usque ad Quadragesimam, quando repetitur *Missæ Dominicæ*.

6. Dicto Graduali, seu Alleluja, seu Tractu, dicitur *Evangelium*. Et in principio *Evangelii* dicitur *Dominus vobiscum*. Resp *Et cum spiritu tuo*, deinde, *Sequentia sancti Evangelii secundum N.* Resp *Gloria tibi Domine*. In fine *Evangelii* à ministro respondetur, *Laus tibi Christe*, quod etiam dicitur in fine illius partis *Passionis*, quæ legitur in tono *Evangelii*, præterquam in *Parasceve*. Postea si dicendum est, dicitur *Credo*.

DE SYMBOLO.

XI.

1. *Symbolum* dicitur post *Evangelium* in omnibus *Dominicis* per annum, etiam si in illis fiat de *Festo*, in quo alias non diceretur. In tribus *Missis* de *Nativitate Domini*, & deinceps usque ad *Octavam B Joannis Apostoli* inclusive. In
Epi-

Epiphania, & per Octavam. Feria quinta in Cœna Domini. In Paschate Resurrectionis, & per Octavam. In Ascensione Domini, & per Octavam. In Pentecoste & per Octavam. In festo Corporis Christi, & per Octavam. In omnibus festis B. Mariæ & per Octavas. In festis duodecim Apostolorum, & Evangelistarum, & per Octavas. In utraque Cathedra S. Petri, & in festo S. Petri ad vincula. In festis Conversionis & Commemorationis S. Pauli Apostoli. In festo S. Joannis ante portam Latinam. In festo S. Barnabæ Apostoli. In festis Inventionis & Exaltationis S. Crucis. In Transfiguratione Domini. In festis Angelorum. In festo S. Mariæ Magdalenæ. In festo quatuor Doctorum, videlicet Gregorii, Ambrosii, Augustini, & Hieronymi, addito festo S. Thomæ de Aquino, & S. Bonaventuræ. Item in festis Doctorum Athanasii, Basilii, Gregorii Nazianzeni, & Joannis Chrysostomi. In die Octavarum S. Joannis Baptistæ, & S. Laurentii. In festo omnium Sanctorum, & per Octavam. In Dedicacionibus S. Salvatoris, & SS. Apostolorum Petri & Pauli. In Anniversario Dedicacionis

tionis propriæ Ecclesiæ, & per Octavam. In die Consecrationis Ecclesiæ, vel Altaris. In festis Sanctorum quibus dedicata est Ecclesia, & ubi habetur Corpus, vel insignis reliquia Sancti, de quo agitur. In die Creationis & Coronationis summi Pontificis, & in Anniversario ejusdem diei. In die & in Anniversario electionis & consecrationis Episcopi. Item in omnibus festis, quæ in Dominicis, & infra Octavas celebrantur, in quibus ratione Dominicæ & Octavæ dici debet. Item in festo Patroni alicujus loci, vel tituli Ecclesiæ, (non autem alicujus Capellæ vel Altaris) & in festis principalibus Ordinum, & per eorum Octavas, in Ecclesiis tantum illius Ordinis. Item dicitur *Credo*, in Missis Votivis, quæ solemniter pro re gravi, vel pro publica Ecclesiæ causa celebrantur.

DE OFFERTORIO, SECRETIS,
Præfationibus & Canone.

XII.

1. Post Symbolum, vel si non fit dicendum, post Evangelium dicitur *Dominus*

minus vobiscum. Oremus, deinde *Offertorium*, postea fit oblatio cum Orationibus, ut in ordine Missæ. Quâ oblatione factâ, dicuntur *Orationes secreta* secundum numerum Orationum, quæ clarâ voce in principio dictæ sunt: sed ante primam Orationem non dicitur *Dominus vobiscum*, nec aliquid aliud, sed dicto: *Suscipiat Dominus sacrificium*, absolutè dicuntur: neque etiam ante secundam Orationem dicitur *Oremus*. Terminatur autem prima & ultima Oratio, ut dictum est supra in Rubrica de Orationibus: & secretò dicuntur usque ad illa verba in conclusione, *Per omnia secula seculorum*, quæ clarâ voce proferuntur, & incipitur *Prefatio*.

2. Præfationes autem dicuntur ut in ordine Missæ adnotatum est: & quæ in Quadragesima, Tempore Passionis, & Paschali, & infra Octavas propriæ assignantur, dicuntur etiam in Dominicis & Festis, quæ illis temporibus celebrantur: nisi illa Festa propriam Præfationem habeant.

3. Si infra Octavam alicujus Festi, quod habet Præfationem propriam, occurrat festum ex majoribus non habens præ-

propriam Præfationem, dicitur Præfatio de Octava, quamvis de ea nulla fiat commemoratio in Missa.

4. In Missis Votivis dicitur etiam Præfatio propria, si propriam habeant: si verò non habuerint, dicitur Præfatio de Tempore, vel Octava infra quam contigerit hujusmodi Missas celebrari: alioquin Præfatio communis. Et quando aliqua Missa Votiva pro causa publica solemniter celebratur, dicitur in cantu solenni, ut in Duplicibus. In Missis Defunctorum quocunq; tempore semper dicitur Præfatio communis.

5. Post Præfationem incipitur *Canon Missæ* secreto, in quo servantur omnia ut in Ordine Missæ. Ubi verò infra actionem, *Communicantes*, & *Hanc igitur*, vel alia variari contingit, suo loco in propriis Missis adnotatur.

DE COMMUNIONE, ORATIONIBVS
post Communionem. *Ite Missa est, vel Benedicamus Domino, de Benedictione, & Evangelio S. Ioannis.*

XIII.

1. Expleto Canone, & aliis omnibus
usque

usque ad Communionem, ea peracta dicitur *Communio*, & *Orationes post Communionem* eodem modo & ordine, ut in principio *Missæ*: & repetito: *Dominus vobiscum*, dicitur, *Ite missa est*, vel *Benedicamus Domino*, pro temporis ratione. *Ite Missa est*, dicitur, quando cunque dictum est, *Gloria in excelsis*. Cum non dicitur, ejus loco dicitur *Benedicamus Domino*, & *DEO gratias*. In *Missis Defunctorum* dicitur, *Requiescant in pace*, & *Amen*.

2. Dicto *Placeat*, datur *Benedictio*, quæ à celebrante semper datur in *Missâ*, præterquam in *Missis Defunctorum*. Deinde legitur *Evangelium S. Joannis In principio*, præmisso *Dominus vobiscum*, & *Initium*, ut moris est: quod *Evangelium* nunquam prætermittitur in *Missâ*, nisi quando sit de *Festo* in aliqua *Dominica*, vel *Feria* quæ habet *Evangelium proprium*: quod legitur ejus loco. Excipitur *Dominica quarta Adventus*, cujus *Evangelium* non legitur in fine *Missæ*, quando in ea occurrit *Vigilia Nativitatis Domini*, quia nec in *Officio* lectum est. In *tertia Missâ* de die *Nativitatis Domini* legitur in fine *Evangelium de Epiphania*. *Cum natus esset Iesus*.
Etia

Et in Dominica Palmarum in Missis privatis legitur Evangelium, quod ponitur in benedictione Palmarum, quod etiam lectum est in Officio. In Vigiliis quæ occurrunt in Quadragesima, vel Quatuor temporibus, non legitur Evangelium Vigiliæ in fine Missæ. Et similiter in Missis Votivis nunquam legitur in fine aliud Evangelium, nisi sancti Joannis.

DE ORDINANDA MISSA EX SUPRADICTIS RUBRICIS.

XIV.

I. Supradictis Rubricis cognitis, si quis velit ordinare Missam diei, recurrat ad Ordinarium Missarum de Tempore, vel de Sanctis, secundum qualitatem Officii. Si proprium non habeat, recurrat ad Commune Sanctorum. Si de Feria agendum sit, & propria Missa non fuerit de Feria, dicatur Missa præcedentis Dominicæ, omissis *Gloria in excelsis*, & *Symbolo*, præterquam Tempore Paschali, in quo semper dicitur *Gloria in excelsis*, ut supra, excepta Missa Rogationum:

num:

num: & in Adventu prætermittitur *Alleluja* post *Graduale* cum suo Versu. Si dicenda sit *Missæ Votiva*, requiratur post *Commune Sanctorum* suo loco. Si plures *Orationes* dicendæ sint, requirantur post *Missas Votivas*, suo loco de singulis rebus singulæ. Si pro defunctis dicenda sit *Missæ*, habetur post *Missas votivas*, cum *Collectis* diversis, circa finem *Missalis*, *Ordo* totius *Missæ*, cum *Præfationibus*, *Canone*, & aliis dicendis, habetur suo loco, cum proprio *Missarum* de *Tempore*.

DE HORA CELEBRANDI

Missam.

XV.

1. *Missæ privata* saltem post *Matutinum*, & *Laudes*, quacunque hora ab aurora usque ad meridiem dici potest.

2. *Missæ autem Conventualis & solennis*, sequenti ordine dici debet. In *Festis Duplicibus & Semiduplicibus*, in *Dominicis*, & *infra Octavas*, dicta in *Choro* Hora *tertia*. In *festis Simplicibus & Feriis per annum* dicta *Sexta*. In *Adventu*, *Quadragesima*, *Quatuor Tem-*

C

peri-

poribus, etiam infra Octavam Pentecostes, & Vigiliis qua jejunantur, quamvis sint dies solennes, Missa de Tempore debet cantari post Nonam.

3. Missa autem Defunctorum dici debet post Primam diei, ubi verò dicuntur eorum Vigilia mane post Matutinum diei, dictis huiusmodi Vigiliis cum Laudibus, immediatè dici potest Missa pro defunctis. Sed in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, Missa Conventualis dicitur post Nonam, quae eo die est principalis. In die etiam Depositionis Defuncti, vel Tertio, Septimo, Trigesimo aut Anniversario solenni, in quo fit concursus populi, poterit similiter dici ultimo loco post Nonam.

4. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi Missam Conventualem, Missa in Nativitate Domini, quarum prima dicitur post mediam noctem finito Te DEUM laudamus in Matutino, secunda in aurora dictis Laudibus & Prima, tertia verò in die post Tertiam, vel ubi aliter ex dispensatione disponatur.

5. Missae Votive quia non correspondent Officio, si solenniter celebrentur pro re gravi vel publica Ecclesia causa cum populi frequentia, dicantur post Nonam.

DE HIS, QUÆ CLARA VOCE, AVT
secretò dicenda sunt in Missa.

XVI.

1. In Missa privata clara voce dicuntur *Antiphona & Psalmus ad Introitum, Confessio, & quæ sequuntur, excepta Oratione, Aufer à nobis, & Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum, & c.* Item *Introitus, Kyrie eleison, Gloria in excelsis, Dominus vobiscum, Oremus, Flectamus genua, Levate, Oratio, vel Orationes, Prophetia, Epistola, Graduale, Versus, Tractus, Sequentia, Evangelium, Credo, Offertorium, Orate fratres, solum hæc duo verba Prefatio, Nobis quoque peccatoribus, solum hæc tria verba. Item, Per omnia secula seculorum, & c.* cum *Pater noster, Pax Domini, Agnus Dei, Domine non sum dignus, hæc quatuor verba tantum: Communio, Oratio, vel Orationes post communionem, Humiliate capita vestra Deo; Ite Missa est, vel Benedicamus Domino, vel Requiescant in pace, Benedictio, & Evangelium, In principio, vel aliud Evangelium. Alia omnia dicuntur secretò.*

2. Sacerdos autem maximè curare
debet,

debet, ut ea quæ clara voce dicenda sunt distinctè & appositè proferat, non admodum festinanter, ut advertere possit quæ legit, nec nimis morosè, ne audientes tædio afficiat: neque etiam voce nimis elata, ne perturbet alios, qui tunc temporis in eadem Ecclesia celebrant, neque tam submissa, ut à circumstantibus audiri non possit, sed mediocri & gravi, quæ & devotionem moveat, & audientibus ita sit accommodata, ut quæ leguntur, intelligant. Quæ verò secretè dicenda sunt, ita pronunciet, ut & ipsemet se audiat, & à circumstantibus non audiatur.

3. *In Missa solenni clara voce à celebrante dicuntur, quando intonatur. Gloria in excelsis, & Credo, Dominus vobiscum, Qremus, ante Orationes, & ante Offertorium, Præfatio, Pater noster, Pax Domini, & Orationes post Communionem.*

Alia quæ in Missa privata dicuntur clara voce, in Missa solenni à celebrante dicuntur submissa voce.

DE ORDINE GENUFLECTENDI,
*sedendi & standi in Missa privata &
 solenni.*

XVII.

I. In Missa privata Sacerdos genu-
 flectit, quando legit Evangelium S. Jo-
 annis, *In principio*, ad illa verba, *Et ver-
 bum caro factum est*, & in Evangelio Epi-
 phaniæ, *Cum natus esset Iesus*, ad verba il-
 la, *Et procidentes adoraverunt eum*. Item in
 Evangelio feriæ quartæ, post Domini-
 cam quartam Quadragesimæ, ad illa
 verba in fine, *Et procidens adoravit eum*.
 Item genuflectit Dominica Palmarum,
 & in Missis de Cruce ad illa verba in E-
 pistola, *In nomine JESU omne genu flecta-
 tur*, &c. Et quando legitur Passio, ad illa
 verba, *expiravit*, vel, *emisit spiritum*, ut suis
 locis notatur. Item genuflectit cum di-
 cit, *Flectamus genua*. Item quando in Qua-
 dragesima dicit in tractu Vers. *Adjuva
 nos DEUS*, &c. Et in omnibus Missis de
 Spiritu Sancto, cum dicit Versum, *Veni
 Sancte Spiritus, reple*, &c. Item quando Sa-
 cramentum in Altari discoopertum ap-

C ;

paret,

paret, genuflectit quoties ante illud transit in medio Altaris: & quando cunque in Ordine Missæ, & in ritu servando in celebratione Missæ notatur, quòd debeat genuflectere.

2. Circumstantes autem in Missis privatis semper genua flectunt, etiam tempore Paschali, præterquam dum legitur Evangelium.

3. In Missa solenni Celebrans genu flectit ad omnia supradicta, præterquam ad Flectamus genua: & tunc ipse solus stat, Diaconus verò & Subdiaconus & omnes alii genu flectunt Ad versum verò Adjuva nos DEUS, & c. & ad Versum, Veni sancte Spiritus, & c. genuflectit usque ad finem: item genuflectit in die Annunciationis B. MARIE, & in tribus Missis Nativitatis Domini, quando cantatur in Choro, Et incarnatus est, & c. Aliis diebus si sedeat cum cantantur ea verba, non genuflectit, sed caput tantum profundè inclinatur, si non sedet, genuflectit.

4. Ministri semper genuflectunt cum celebrante, præterquam Subdiaconus tenens librum ad Evangelium, & Acolythi tenentes candelabra, qui tunc non genuflectunt. Et cum Diaconus cantat illa verba ad quæ est genuflectendum, ipse versus librum, Celebrans

bran

ctun

s

sunt

In M

drag

rum

rum

& a

Pax

mu

Vigi

Don

qua

e

inte

test

tur

Cr

flect

e

&

Pr

lel

fer

&

ne

mi

pr

brans & omnes alii versus Altare genuflectunt.

5. In Choro genuflectitur ab iis, qui non sunt Prælati, ad Confessionem cum suo Psalmo: In Missis autem Feriarum Adventus, Quadragesime, Quatuor temporum, & Vigiliarum qua jejunantur, ac in Missis Defunctorum, genuflectunt omnes etiam ad Orationes, & dicto per Celebrantem, Sanctus, usque ad Pax Domini, & ad Orationes post Communionem, & super populum, exceptis Vigiliis Pascha & Pentecostes, ac Nativitatis Domini Et similiter ab omnibus genuflectitur, quando elevatur Sacramentum.

6. In Missa item solenni celebrans medius inter Diaconum & Subdiaconum sedere potest à cornu Epistolæ juxta Altare cum cantatur Kyrie eleison, Gloria in excelsis, & Credo, alio tempore stat ad Altare, vel genuflectit ut supra.

7. In Choro sedent quando celebrans sedet, & præterea dum cantantur Epistola, & Prophetiæ, Graduale, Tractus, vel Alleluja cum Versu, ac Sequentia, & ab Offertorio usque ad incensationem Chori, & si non incensatur usque ad Præfationem, & ad Antiphonam que dicitur Communio. Ad alia stant, vel genuflectunt, ut supra,

DE COLORIBVS PARAMENTORVM

XVIII.

1. Paramenta Altaris, Celebrantis, & ministrorum, debent esse coloris convenientis Officio, & Missæ diei secundum usum Romanæ Ecclesiæ, quæ quinque coloribus uti consuevit, Albo, Rubeo, Viridi, Violaceo, & Nigro.

2. Albo colore utitur à Vesperis Vigilia Nativitatis Domini usque ad Octavam Epiphaniæ inclusivè, exceptis festis Martyrum, quæ infra eam veniunt FERIA quinta in Cœna Domini, & Sabbatho sancto in Officio Missæ, & ab illo die usque ad Sabbathum in Vigilia Pentecostes ad Nonam, in officio de Tempore, præterquam in Missa Litaniarum & Rogationum. In festo Sanctæ Trinitatis. In festo corporis Christi. In festo Transfigurationis Domini. In festis Beatae Mariæ Virginis, præterquam in benedictione Candelarum, & Processione quæ fit in festo Purificationis ejusdem. In festis Angelorum. In Nativitate S. Joannis Baptistæ. In principali festo S. Jo-

nis

nis Evangelistæ, quod celebratur infra Octavam Nativitatis Domini. In utraque Cathedra S. Petri. In festo S. Petri ad Vincula. In Conversione S. Pauli. In festo omnium Sanctorum. In festis Confessorum Pontificum, & non Pontificum, & Doctorum. In festis sanctarum Virginum non Martyrum, & nec Virginum nec Martyrum. In Dedicatione & Consecratione Ecclesiæ vel Altaris, ac in Consecratione summi Pontificis, & in Anniversario Creationis & Coronationis ejusdem, & Electionis & Consecrationis Episcopi. Item per Octavas prædictorum Festorum, quæ Octavas habent, quando dicitur Missa de Octava, & in Dominicis infra eas occurrentibus, quando in eis fit Officium de Dominica, præterquam in illis Dominicis, quibus tributus est color violaceus. In Missis Votivis supradictorum festorum, quocunque tempore dicantur: In Missa pro sponso & sponsa.

5. Rubeo colore utitur à Vigilia Pentecostes in Missa usque ad Sabbatum sequens finita Nona & Missa. In festis S. Crucis. In Decollatione S. Joannis Baptistæ. In Natali Apostolorum

C 5

Petri

Petri & Pauli, & in festis aliorum Apostolorum (exceptis, festo Principali S. Joannis Evangelistæ post Nativitatem, & festis Conversionis S. Pauli, & Cathedrae S. Petri, & ejus vinculorum.) In festo S. Joannis ante portam Latinam. In Commemoratione S. Pauli Apostoli. In festis Martyrum, excepto Festo Sanctorum Innocentium, quando non venerit in Dominica: si autem in Dominica venerit, utitur Rubeo: in ejus verò die Octava semper utitur Rubeo, quocunque die occurrat. In festis SS. Virginum Martyrum, & Martyrum non Virginum. Item per Octavas prædictorum festorum quæ Octavas habent, quando sit de Octava, & in Dominicis infra eas Octavas occurrentibus, eodem modo ut dictum est supra de colore Albo. Item in Missis Votivis suprædictorum festorum, & in Missa pro eligendo summo Pontifice.

4. Viridicolore utitur ab octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam, & ab Octava Pentecostes usque ad Adventum exclusivè, in Officio de Tempore, excepta Dominica Trinitatis ut supra: ac exceptis Dominicis infra Octavas

Octavas occurrentibus, in quibus color Octavarum servatur: exceptis etiam Vigiliis, & Quatuor temporibus, ut infrà.

6. Violaceo colore utitur à prima Dominica Adventus in primis Vesperis, usque ad Missam Vigilæ Nativitatis Domini, inclusivè: & à Septuagesima usque ad Sabbatum sanctum ante Missam inclusivè, in officio de Tempore: excepta Feria quinta in Cœna Domini, in qua utitur Albo, & feria sexta in Parasceve, in qua utitur Nigro, ut infrà: & benedictione Cerei in Sabbatho sancto, in qua Diaconus illius Præfationem dicens solus utitur Albo, ea autem finita, Violaceo ut prius. Item in Vigilia Pentecostes, ante Missam à prima Prophetia usque ad benedictionem Fontis inclusivè. In Quatuor temporibus, & Vigiliis quæ jejuntur, exceptis Vigilia & Quatuor temporibus Pentecostes. In Missa Litaniarum in die S. Marci Evangelistæ, & Rogationum, & in Processionibus quæ his diebus fiunt. In festo SS. Innocentium, quando non venerit in Dominica. In Benedictione Candelarum, in die Purificationis B. Mariæ, & in Benedictione Cinerum, ac

Palmarum, & ipsa Dominica in Palmis, & in eorundem, ac generaliter in omnibus Processionibus: exceptis Processionibus sanctissimi Sacramenti, & quæ fiunt in diebus solennibus, vel pro gratiarum actione. In Missis de Passione Domini, Pro quacunque necessitate, Pro peccatis, Ad tollendum schisma, Contra Paganos, Tempore belli, Pro pace, Pro vitanda mortalitate, Pro iter agentibus, & pro infirmis.

6. Nigro colore utitur Feria sexta in Parasceve, & in omnibus Officiis & Missis Defunctorum.

DE QUALITATE PARAMENTO- rum.

XIX.

1. In Officio Missæ celebrans semper utitur Planeta super Albam.

2. Si autem sit Episcopus, & solenniter celebret, super Dalmaticam & Tunicellam.

3. Pluviali utitur in Processionibus, & Benedictionibus, quæ fiunt in Altari. Item in Officio Laudum, & Vesperarum, quando solenniter dicuntur. Eodem utitur assistens Celebrans.

bran-

branti in Missa Pontificali Item quando Celebrans post Missam Defunctorum facit in fine Absolutionem.

4. *Cum Celebrans utitur Pluviali, semper deponit Manipulum, & ubi Pluviale haberi non potest, in benedictionibus, quae fiunt in Altari, Celebrans stat sine Planeta cum Alba & Stola.*

5. *Dalmatica & Tunicella utuntur Diaconus & Subdiaconus in Missa solemni, & Processionibus & benedictionibus, quando Sacerdoti ministrant.*

6. *In diebus vero jejuniorum (praterquam in Vigiliis Sanctorum) & in Dominicis & feriis Adventus & Quadragesima, ac in Vigilia Pentecostes ante Missam (exceptis Dominicis Gaudete, etiam ejus Missa infra hebdomadam repetatur, & Dominica Lætare, Vigilia Nativitatis Domini, Sabbato sancto in benedictione Cerei & in Missa, ac Quatuor temporibus Pentecostes) item in benedictione Candellarum & Processione in die Purificationis B. Mariae, & in benedictione Cinerum, ac benedictione Palmarum & Processione: in Cathedralibus & praecipuis Ecclesiis utuntur Planetis plicatis ante pectus: quam Planetam Diaconus dimittit cum lecturus est Evangelium, eaque tunc super sinistrum humerum super Stolam*

complicatur: aut ponitur aliud genus Stola latioris in modum Planeta plicata, & facta Communionis resumat Planetam, ut prius. Similiter Subdiaconus dimittit eam cum lecturus est Epistolam, quam legit in Alba, & ea finita, osculataque Celebrantis manu Planetam resumat, ut prius.

7. In omnibus autem Ecclesiis praedictis diebus jejuniorum Alba tantum amicti ministrent: Subdiaconus cum Manipulo Diaconus etiam cum Stola ab humero sinistro pendente sub dextra.

DE PRÆPARATIONE ALTARIS,
& ornamentorum ejus.

XX.

Altare in quo sacrosanctum Missæ sacrificium celebrandum est, debet esse lapideum, & ab Episcopo consecratum: vel saltem ara lapidea, similiter ab Episcopo consecrata, in eo inserta, quæ tam ampla sit, ut Hostiam, & majorem partem Calicis capiat. Hoc Altare operiatur tribus mappis, seu robaleis mundis, ab Episcopo vel alio habente potestatem benedictis, superiori saltem oblonga,

ga,
bu
ta
ad
ve
in
ca
qu
tu
co
M
re
ti
pu
la
seu
Su
qu
Al

R
ran
tab
orn

ga, quæ usque ad terram pertingat, duabus aliis brevioribus, vel unica duplicata. Pallio quoque ornetur coloris quoad fieri potest, diei festo vel Officio convenientis. Super Altare collocetur Crux in medio, & candelabra saltem duo cum candelis accensis hinc & inde in utroque ejus latere. Ad Crucis pedem ponatur tabella Secretarum appellata. In cornu Epistolæ cusinus supponendus Missali: & ab eadem parte Epistolæ paratur cereus, ad elevationem Sacramenti accendendus, parva companula, ampullæ vitreæ vini & aquæ, cum pelvicula & manutergio mundo in fenestella, seu in parva mensa ad hæc præparata. Super Altare nihil omninò ponatur, quod ad Missæ sacrificium, vel ipsius Altaris ornamentum non pertineat.

ANNOTATIONES.

Reprehenditur hic consuetudo inepta onerandi Altare parvis ac tenuibus imaginibus, tabellis & crucibus, quibus minuitur decus & ornamentum Altaris potius quam augetur.

In me-

In medio autem necessario ponenda Crux cum Crucifixo, rarò invenitur posita. Non est autem ponenda in Altari alia Crux præter eam, quæ in medio collocari debet, neque ulla monstrantia vacua pro ornamento.

In eodem capite offendunt, qui suum rosarium vel altari imponunt, vel superimpositum Calici aut circa brachium in ingressu gestant, tam Sacerdotes, quàm Ministri.

RITUS SERVANDUS IN celebratione Missæ.

DE PRÆPARATIONE SACER- dotis celebraturi.

I.

1. Sacerdos celebraturus Missam, prævia Confessione sacramentali, quando opus est, & saltem Matutino cum Laudibus absoluto, orationi aliquantum vacet, & Orationes inferius positas pro temporis opportunitate dicat. Deinde accedit ad locum in Sacristia, vel alibi præparatum, ubi paramenta, aliæque ad celebrationem necessaria habentur:

tur:

tur : accipit Missale, perquirat Missam, perlegit, & signacula ordinat ad ea quæ dicturus est. Postea lavat manus, dicens Orationem inferius positam. Deinde præparat Calicem, (qui debet esse vel aureus, vel argenteus, aut saltem habere cuppam argenteam intus inauratam, & simul cum Patena itidem inaurata, ab Episcopo consecratus) super ejus os ponit Purificatorium mundum, & super illud Patenam cum Hostia integra, quam leviter extergit, si opus est, à fragmentis, & eam tegit parva Palla lineæ, tum velo serico : super velo ponit bursam coloris paramentorum, intus habentem Corporale plicatum, quod ex lino tantum esse debet, nec serico vel auro in medio intextum, sed totum album, & ab Episcopo, vel alio habente facultatem, simul cum Palla benedictum.

2. Quibus ita dispositis accedit ad paramenta, quæ non debent esse lacera aut scissa, sed integra & decenter munda, ac pulchra, & ab Episcopo item, vel alio facultatem habente benedicta: ubi calceatus pedibus, & indutus vestibus sibi convenientibus, quarum exterior saltem

saltem talum pedis attingat, induit se, si sit Prælatus læcularis, supra rocchetum; si sit Prælatus regularis, vel alius Sacerdos sæcularis, supra superpellicium, si commodè haberi possit, alioquin sine eo supra vestes communes, dicens ad singula singulas Orationes inferius positas.

3. Ac primùm accipiens Amictum circa extremitates & chordulas osculatur illud in medio, ubi est Crux, & ponit super caput, & mox declinat ad collum, & eo vestium collaria circumregens, ducit chordulas sub brachiis, & circumducens per dorsum, ante pectus reducit & ligat. Tum Alba induitur, caput submittens, deinde manicam dextram brachio dextro, & sinistram sinistro imponens. Albam ipsam corpori adaptat, elevat ante, & à lateribus hinc inde, & Cingulo per ministrum à tergo sibi porrecto, se cingit. Minister elevat Albam supra Cingulum circumcirca, ut honestè dependeat; & tegat vestes: ac ejus fimbrias diligenter aptat, ut ad latitudinem digiti vel circiter supra terram æqualiter fluat. Sacerdos accipit Manipulum, osculatur Crucem in medio, & im-

impo-

imponit brachio sinistro. Deinde ambabus manibus accipiens Stolam, simili modo deosculatur, & imponit medium ejus collo, ac transversando eam ante pectus in modum Crucis, ducit partem à sinistro humero pendentem ad dextram, & partem à dextro humero pendentem ad sinistram. Sicque utramque partem Stolæ, extremitatibus Cinguli hinc inde ipsi Cingulo conjungit.

4. Si celebrans sit Episcopus, non ducit Stolam ante pectus in modum Crucis, sed sinit hinc inde utrasque extremitates pendere: & antequam accipiat Stolam, accipit parvam Crucem pectoralem, quam osculatur, & collo impositam sinit ante pectus Chordulis pendere. Manipulum quoque non accipit ante Stolam, nisi in Missis Defunctorum, sed accipit ad Altare, cum in Confessione dicit, Indulgentiam illumque prius osculatur.

Postremò Sacerdos accipit Planetam.

5. Si sit Episcopus, & solenniter celebret, accipit paramenta & alia ut in Pontificali.

ANNO.

 ANNOTATIONES.

CAveat celebraturus ne Corporali vel Purificatorio utatur immundo.

Et pudendum sane est apud quosdam reperiri Purificatoria & Corporalia fordida vix semel in angaria lavari solita.

Ne patiatur tangi Purificatorium, vel Corporale, vel Pallam, ab eo qui non est saltem Subdiaconus

Dum sacris vestibus induitur, à colloquiis abstineat.

Si Planetæ duo vincula anteriori parte intrinseca adhæreant, ad pectus alliget, ne à tergo indecenter dependeant, quod fieri solet, ubi latior supra est apertura.

Calicem sacculo involutum ne gestet ad Altare, nec ab Altari ad Sacristiam. Neque Substratorium in Bursa Corporalium, sed dictum substratorium, ubi in usu est, antequam Sacerdos celebraturus egrediatur jam in medio Altaris aciculis ita firmatum, & mappæ fimbria, vel Antipendio annexum sit, ut loco suo

dum Sacerdos hinc inde sit, & se subindevertit, non
moveatur.

DE INGRESSU SACERDOTIS AD
Altare.

1. SACERDOS omnibus paramentis indutus, accipit manu sinistra Calicem, ut supra præparatum, quem portat elevatum ante pectus. Bursam manu dexterâ supra Calicem tenens, & facta reverentia Crucis vel imagini illi, quæ in Sacristia erit, capite cooperto accedit ad Altare, ministro cum Missali, & aliis ad celebrandum necessariis (nisi ante fuerit præparata) præcedente, super pellicem induto. Procedit autem oculis demissis, incessu gravi, erecto corpore. Si verò contigerit eum transire ante Altare majus, capite cooperto faciat ad illud reverentiam si ante locum Sacramenti genuflectat. Si ante Altare ubi celebretur Missa, in qua elevatur, vel tunc ministratur Sacramentum, similiter genuflectat, & detecto capite illud adoret, nec antè surgat, quàm celebrans deposuerit Calicem super Corporale.

2. Cùm pervenerit ad Altare, stans ante illius infimum gradum caput detegit,

git, biretum ministro porrigit, & Altari seu imagini Crucifixi desuper posita profundè inclinat. Si autem in eo sit tabernaculum sanctissimi Sacramenti, genuflectens debitam facit reverentiam. Tunc ascendit ad medium Altaris, ibi ad cornu Evangelii sistit Calicem, extrahit Corporale de Bursa, quod extendit in medio Altaris, & super illud Calicem velo coopertum collocat, Bursam autem ad cornu Evangelii. Si in Altari paramenta accepit hoc idem facit antequam descendat ab Altari ut Missam inchoet.

3. Si est consecraturus plures hostias pro Communione facienda, quæ ob quantitatem super Patena manere non possint, locat eas super Corporale ante Calicem, aut in aliquo Calice vel vase mundo consecrato, & ponit eas retro post Calicem, & alia Patena seu Palla cooperit.

4. Collocato Calice in Altari, accedit ad cornu Epistolæ, Missale super cusino aperit repetit Missam, & signaculo suis locis accomodat. Deinde rediens ad medium Altaris, facta primum Cruci reverentia, vertens se à cornu Episto-

pisto-

pistolæ , descendit post infimum gradum Altaris , ut ibi faciat Confessionem.

5. In Missa solemni Missale apertum super Altare , Calix verò & alia necessaria preparantur in credentia cooperta linteo, antequam Sacerdos veniat ad Altare. Ipse autem procedit cum Diacono, & Subdiacono qui capite cooperito simul cum eo tenent manus iunctas ante petus, Acolythi verò ante eos deferunt candelabra cum candelis accensis, qua deinde collocantur super credentia: & cum pervenerit ad infimum gradum Altaris, ibi medius inter Diaconum à dextris, & Subdiaconum à sinistris, antequam ascendat ad Altare, facit cum ipsis (ut infra) Confessionem.

9. In Missa Pontificali omnia servantur ut in Pontificali & Cereimoniali Romano ordinatur: cuius Pontificalis ordinem Episcopus nunquam pratermittat, quodcumque cum Diacono & Subdiacono paratis celebras.

ANNO:

 ANNOTATIONES.

IN paragr. 1. hujus secundi capituli delinquant, qui in egressu & ingressu salutant quemquam, aut reverenter inferiorem Episcopo proprio, vel cuiquam salutanti respondent.

Pro qua re sciendum est quod Celebrans paratus nemini debeat reverentiam nisi majori. Major autem non est Celebrante Prælatus, quamvis proprius, qui non est Episcopus: nisi sit paratus paramenti sacris; e contra verò Prælato, quamvis proprio & omninò exempto non tamen Episcopo neque parato, major est quivis celebrans paratus.

Major deinde est Celebrante Prælatus Capellam (ut vocant) constituens. Capellam constituere nihil est aliud, quam in loco suæ jurisdictionis indutum, vel Pluviali & mitra, vel saltem cappa Pontificali in sede Pontificali assistere Missæ vel officio solemniter per alium celebratis, & exercere prerogativas Pontificales, id est, benedicere incensum, aquam & Diaconum ante Evangelium: præbere manum deosculandam Diacono & Subdiacono: deosculari textum cantato Evangelio: Solemniter benedicere populo in fine, &c. Nec non honores & reverentias recipere à ministris, & ipsomet Officiatore qui (verbi gratia) Dominicis diebus ad asperionem tenetur porrigere cum osculo

culo

culo manus Aspersorium tali Prælato : à sinistris ipsius facere concessionem, dicendo: *& tibi Pater & te Pater*, & alia hujusmodi. Ministri verò etiam parati tenentur ipsi Prælato facere reverentiam genuflectendo. &c.

Ad hoc autem ut quis Prælatorum constituere possit Capellam, requiritur imprimis Ordo Episcopalis, vel dignitas Cardinalitia; deinde quod sit in loco suæ Jurisdictionis, ne præsens sit suus Metropolitanus, vel Patriarcha, vel Cardinalis, si ipse non sit Cardinalis, vel Legatus sedes Apostolicæ, Tertio requiritur habitus certus puta vel Pluviale & Mitra, vel saltem Cappa Pontificalis. Ita Cæremoniale Episcoporum lib. 2. cap. 9. & alibi.

Errat itaque Celebraturus in egressu, vel celebrata Missa in ingressu faciens reverentiam Prælato non Episcopo nisi sit paratus Pontificalibus.

Deinde errat Celebrans qui Prælato non constituenti Capellam, defert honores & prærogativas supra enumeratas, vel hujusmodi alias.

Errat insuper Celebrans, qui genuflectendo ante Venerabile Sacramentum non patenter expositum denudat caput.

Quique adorans Venerabile Sacramentum elevatum vel patenter expositum, prius denudat caput, quam genuflexerit, prius se erigit quam caput texerit, & manum dexteram calici superimposuerit, exponens se periculo, quo in terram cadere possit Patena vel Bursa.

D

Distin-

Distinctio reverentiarum in Sacris occurrentium.

Quatuor sunt modi faciendi reverentiam videlicet.

1. *Genus dextri usque ad terram flexio.*
2. *Capitis humerorumque profunda incurvatio qua profunda inclinatio dicitur.*
3. *Capitis humerorumque mediocris inclinatio.*
4. *Capitis solius inclinatio.*

Primo modo Celebrans exhibet reverentiam sanctissimo Sacramento semper, & ubique. Et quidem prateriens cum Calice in manu non patenter expositum, caput non detegit ne quid de Calice in terram decidere possit. Exposito autem patenter Sacramento primò omnium genuflectit, postea cum se firmaverit in terra, & non prius, manu remota à Calice detegit caput, adorat Sacramentum capite inclinato: post adorationem, primò omnium tegit caput, postea se perimposita manu dextra Calici, & non prius eriget se.

In Altari eodem modo adoratur Venerabile Sacramentum post consecrationem quotiescunque in Canone notatur.

Item dextrum tantum genuflectit Celebrans usque ad terram, cum in Missa sine Diacono & Subdiacono celebrata dicit. *Et*

Etiam

Etiam
SU-
est.

dens
Sand
est.

G
pitu
in m
dum
Alta
hinc
nem
prio

EO
verer
Ut
ingre
vatur
ritum
ad q

Ce
appai
has R

1.
zies ac
ante e

2.
3.
forte,

Etiam

Et amicus genua, cum profert verba *In nomine JESU* omne genu flectatur. Et verbum caro factum est. Et procidentes adoraverunt eum. Et procidens adoravit eum. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex *MARIA* Virgine: & homo factus est.

Genuflexiones hujusmodi fiant absque strepitu pedum, dextro pede non super sinistrum in modum: Crucis, nec extra supremum gradum posito: corpore alias recto, manibus in Altari non compositis in modum Crucis, sed hinc inde extra Corporale: post Consecrationem verò propter fragmenta ponantur digiti priores juncti super Corporale.

Eodem primo modo Celebrans exhibet reverentiam summo Pontifici.

Utrumque genu flectit Celebrans, cum in ingressu adorat Venerabile Sacramentum elevatum, & dictis verbis, *Expiravit, vel emisit Spiritum*, nec non dum in Choro aliquid canitur, ad quod diutius genuflectendum, &c.

Celebrans in Altari, in quo discoopertum apparet Venerabile Sacramentum, observet has regulas.

1. Genuflectat primo modo supradicto toties quoties accedit medium Altaris, & inde recedit, nec non ante & postquam se vertit.

2. Non vertat unquam dorsum Sacramento.

3. Solemniter celebrans etiam cum sedendum sibi forte, tamen caput nunquam tegat.

4. In Altari non accipiat, neque exuat sacramenta.

Dicturus igitur *Dominus vobiscum*. osculetur Altare, & facta genuflectione se vertat non in medio Altaris, sed in cornu Evangelii ubi dicto *Dominus vobiscum* & in medio iterum facta genuflectione eat ad Missale, ibique dicat Orationes aliquantulum versus ad ipsum Venerabile Sacramentum.

Si dicto in eodem cornu Evangelii, *Orate fratres* non perficit circuitum sed per idem latus revertitur ad medium, &c.

Daturus benedictionem dicto *Placeat*, &c. Et osculato Altari dicit, *Benedicat vos omnipotens DEVS*, &c. Genuflectit & vertens se in cornu Evangelii benedicit populo, nec tunc perficit circulum, sed per idem latus reversus facta in medio Altaris genuflectione dicit Evangelium sancti Joannis.

Secundo modo utitur Sacerdos celebrans cum Altari majori, Altari in quo celebrat (dum modo in neutro sit Venerabile Sacramentum) Praelato reverentiam exhibet.

Item se inclinat Celebrans hoc secundo modo, dum dicit *Confiteor*, &c. Et donec Miseratur &c. usque ad *Amen*. Dum autem dicit *Deus tu conversus*, &c. usque ad *Aufer à nobis*, &c. inclinat aliquanto remissiùs. Profundè rursus se inclinat dum dicit, *Munda cor meum*, &c. *Iube Domine benedicere*, &c. *Sanctus*, &c. usque ad *Benedictus*, &c. *Agnus DEI*, &c. Et quotiescunque manus iustas super Altare ponit.

Not

Nota quod Diaconus & Subdiaconus parati, Presbytero servientes & quicumque alii Ministri & Caremoniarum, primo modo, id est, genu dextri flexione exhibere debeant reverentiam Cruci posite in altari majori, & ad quod sit Officium, etiam si in eo Altari non sit Venerabile Sacramentum, & Prælato: nec non regulariter eundem primum modum adhibere, quando & ubicunque Sacerdos cui ministrant, hunc secundum modum adhibet. Quo secundo modo utitur dicti ministri erga ipsum Sacerdotem Officiatorem.

Durante Missa solemnè à presbytero celebrata in quocunque Altari, etiam in quo non est positum Venerabile Sacramentum, Diaconus & Subdiaconus regulariter genuflectere, debent, ut supra, quoties à loco suo proprio discedunt, & eò revertuntur, quoties ante Crucem transeunt, nec non à Consecratione usque ad summptionem, quoties ad latus Celebrantis accedunt: & inde recedunt.

Diaconus & Subdiaconus ministrantes Episcopo celebranti, flectunt quidem erga Altare seu Crucem ut supra erga Prælatum vero, seu ipsum Celebrantem adhibent hunc secundum modum.

In majoribus quoque Ecclesiis, qui non sunt Canonici genuflectunt coram Altari, &c.

& Prælato, &c. Canonici verò tenent secundum modum.

D 3

Tertio

Tertio modo.

CAput humeris que mediocriter inclinans, & quidem versus Crucem quietiescumque à medio discedit Altaris, eò accedit: dum profert nomen JESU, Versus *Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto, usque ad Verbum, Sicut erat exclusivè Verba, Gloria in excelsis Deo, Adoramus te. Gratias agimus tibi: Suscipe deprecationem nostram: Quicum Patre & Filio simul adoratur: Gratias agamus Domino Deo nostro.*

Caveat autem Celebrans, ne dum prædicit vel similia verba profert genu unum vel alterumque ullo modo curvet, quod & in secundo modo supra assignato cavendum.

4. Modo solum inclinatur caput, nec semper versus Crucem, sed eò versus ubicumque tulerit, cum profert nomina, *MARIÆ*, Sancti cujus Festum celebratur, *Papæ* &c.

In reverentiis faciendis non est respicienda dignitas ejus, cui prius vel posterius fiant, sed commoditas gradientis: v. g. si prius præterit undus sit Episcopus quam Venerabile Sacramentum, prius fit reverentia Episcopo Neque (ut quidam putare videntur) quoties Altar fit reverentia, toties etiam Prælato vel sanctissimo Sacramento facienda est, sed tantum in initio cum primo acceditur, in fine cum receditur, & cum proximè transitur.

Contra paragr. 2. faciunt qui Calicem eodem modo quo eum à Sacristia tulerunt, in medio

collocant, non explicantes Corporale usque ad Offertorium, neque velo anteriorem partem Calicis cooperientes.

Ingrediens Sacerdos ad celebrandam Missam solemnem, cum non gestet Calicem, ad quamvis reverentiam cuiusvis faciendam denudat caput.

Calicem autem ad Altare non ferat Subdiaconus, sed in Credentia jam sic sit positus ut velo à parte ante totaliter cooperiatur, Bursa superposita.

In dicta Credentia nulla ponatur sacra imago, neque Crux neque luminaria alia præter ea quæ ab Acolythis feruntur, nec quicquam aliud, nisi ante Calicem velum sericum pro Subdiacono, in latere sinistro liber: Evangelii & Epistolæ, in latere dextro urceoli cum manu tergio.

Acolythes non exeant cooperti, Ceroferarius à dextris manu sua dextra summitatem, sinistra verò infimam partem candelabri teneat. Qui à sinistris est e contra manu sinistra summam, dextra verò infimam partem teneat sui candelabri. Omnes Acolythes cum Ceroferariis quamprimum ad Altare venerint, & cum Celebrante reverentiam fecerint, ad latera seu latus Altaris recedant, Ceroferarii depositis in extremitatibus Credentiæ candelabris, stabunt vel genuflectent, &c. propè dictam

Credentiam, tanquam in loco proprio.

In Missa privata.

Calix ponitur à latere Evangelii non ob mysterium aliquod, sed ad commoditatem, quia liber est à parte Epistolæ.

Dum Sacerdos explicat Corporale in medio Altaris, videat ne illud ex Altari promineat, sed ora Corporalis oram Altaris tangat, eo fine, ut manus, quæ ante consecrationem tenentur extra Corporale, post consecrationem intra Corporale contineantur commodius.

Collocato Calice in Altaris medio, antequam accedat ad librum aperiendum, laudabiliter fit reverentia Cruci cum capitis inclinatione.

Apertio Missalis ad Sacerdotem spectat in Missis privatis, non ad ministrum; ideoque quamvis minister aperuerit librum (quod fieri non debet) Sacerdos ad librum accedere debet.

Vesum Calicis tam initio quàm in fine Missæ post Communionem, ita aptandum est, ut in anteriori parte lateat totus Calix.

Bursa Corporalis non est collocanda post Calicem in medio Altaris, aut in cornu Epistolæ, sed juxta Rubricam, ad cornu Evangelii eadem collocari debet.

Sacerdos collocato ritè calice super Corporale, & Missali disposito stans in medio Altaris paulisper suam ad Deum elevare potest mentem, suamque renovare intensionem, ac de novo de novo æterno Patri hoc offerre sacrificium, in unione immensè illius amoris, quo
uni.

unigenitus ejus Filius semetipsum obtulit in ara Crucis; non verò dicere debet aliquas orationes veluti, *Aktiones nostras quasumus Domine, &c. Veni Sancte Spiritus*, aut alias preces.

Sacerdos inchoaturus Missam, antequam descendat ab Altari, prius facit Cruci reverentiam cum capitis profunda inclinatione, tum vertit se à cornu Epistolæ, juxta motum naturalem, hoc est, sinistro latere Altaris ad dextrum, sed aliquantulum retrahit se ad cornu Evangelii ne directè descendendo terga vertat Cruci, vel Tabernaculo.

Si in Altari plures sint gradus quam tres, tunc non omnes descendit, sed tantum primum ordinem graduum si sint per ordines distincti, vel supra secundum aut tertium sistit; quod si nullus adsit gradus, prout in Oratoriis privatis, & in angustiis locis quandoque solet contingere, tunc convertens se à cornu Epistolæ, per aliquot passus ab Altari remotus, facit Confessionem, ita ut inter ipsum & Altare congrua sit distantia.

DE PRINCIPIO MISSÆ ET CONFES- sione faciendâ.

III.

I. SACERDOS cùm primum descenderit ad infimum gradum Altaris, convertit se ad ipsum Altare, ubi stans in medio, junctis manibus ante pectus, ex-

D 5

ten-

tensis & junctis pariter digitis, & pollice dextro super sinistrum posito in modum Crucis, (quod semper servatur, quando junguntur manus, præterquam post consecrationem) derecto capite, facta prius Cruci vel Altari profunda reverentia, vel si in eo sit tabernaculum sanctissimi Sacramenti, facta genuflexione, erectus incipit Missam.

2. Si celebraturus sit coram summo Pontifice, sistit in infimo gradu Altaris à cornu Evangelii ante ipsum Pontificem, ubi genuflexus exspectat. Accepta benedictione erigit se, & stans aliquantum versus ad Altare incipit Missam Si autem sit coram Cardinale, Legato sedis Apostolica, puta Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo in eorum residentia, vel loco jurisdictionis, stans in infimo gradu à cornu Evangelii, ut supra exspectat: dato signo facit profundam reverentiam Pralato, & versus ad Altare incipit Missam.

3. Si autem solemniter celebrat coram summo Pontifice, aut alio ex Pralatis prædictis in Ecclesiis eorum jurisdictionis, stans à sinistris Pralati facit cum eo Confessionem, & alia servat, ut in Pontificali & Ceremoniali Romano ordinatur.

4. Stans

4. Stans igitur Celebrans ante infimum gradum Altaris, ut supra, producens manu dextra à fronte ad pectus signum Crucis, dicit intelligibili voce: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.* Et postquam id dixerit, non debet advertere quemcunque in alio Altari celebrantem etiam Sacramentum elevet, sed continuatè proseguat Missam suam usque ad finem: quod item observatur in Missa solemni, & simul etiam à Ministris.

5. Cùm seipsum signat, semper sinistram ponit infra pectus, in aliis benedictionibus cùm est ad Altare, & benedicit oblata vel aliquid aliud, ponit eam super Altare, nisi aliter notetur. Seipsum benedicens vertit ad se palmam manus dextræ, & omnibus illius digitis junctis & extensis, à fronte ad pectus, & ab humero sinistro ad dextrum, signum Crucis format. Si verò alios, vel rem aliquam benedicit parvum digitum vertit ei cui benedicit, ac benedicendo rotam manum dextram extendit, omnibus illius digitis pariter junctis & extensis: quod in omni benedictione observatur.

6. Postquam dixerit, *In nomine Patris,*
 &c. Ut supra jungens iterum manus ante
 pectus, pronunciat clara voce Anti-
 phonam. *Introibo ad Altare DEI.* Minister
 retro post eum ad sinistram genuflexus,
 & in Missa solemni ministri hinc inde
 stantes prosequuntur, *Ad Deum qui lati-
 ficat iuventutem meam.* Deinde Sacerdos
 eodem modo stans incipit, & prosequi-
 tur cum Ministro, vel ministris alterna-
 tim Psalmum, *Iudica me Deus* usque ad fi-
 nem, cum *Gloria Patri* Quo finito repetit
 Antiphonam, *Introibo*, cum Ministris, ut
 supra. Qui Psalmus nunquam præter-
 mittitur, nisi in Missis Defunctorum, &
 in Missis de tempore à Dominica Pas-
 sionis inclusivè usque ad Sabbatum san-
 ctum exclusivè: in quibus semel tantum
 dicta Antiphona *Introibo*, cum Ministris
 ut supra, Sacerdos statim subjungit
 Vers. *Adjutorium nostrum,* &c. ut infra.
 Cum in fine Psalmi dicit, *Gloria Patri,*
 &c. caput Cruci inclinat.

7. Repetita Antiphona, *Introibo*, dex-
 tra manu producens signum Crucis à
 fronte ad pectus, dicit Vers. *Adjutorium*
nostrum in nomine Domini. Resp. *Qui fecit*
calum & terram. Deinde Altari se pro-
 sua

funde inclinans, junctis manibus dicit, *Confiteor DEO*, ut in Ordine Missæ: & profequitur eodem modo stans inclinatus, donec à Ministro vel Ministris dictum sit, *Misereatur*, Cùm incipitur à Ministris *Confiteor*, se erigit. Cùm dicit *mea culpa*, ter pectus dextra manu percutit, sinistra infrà pectus posita.

8. Si est coram Pontifice Cardinali, Legato sedis Apostolica, vel Patriarcha, Archiepiscopo & Episcopo in eorum Provincia, civitate vel Diœcesi constitutis, ubi dicit vobis fratres dicat, tibi Pater, similiter in fine, ubi dicat vos Fratres, dicat, te, Pater, quod dicens summo Pontifici genuflectit, aliis Prælatiis profundè se inclinat.

9. Cùm Minister, & qui intersunt (etiam si ibi fuerit summus Pontifex) respondent *Confiteor*, dicant, tibi Pater, & te, Pater, aliquantum conversi ad Celebrantem.

10. Facta à circumstantibus Confessione, Celebrans stans responder, *Misereatur vestri, &c.* Deinde producens manu dextra à fronte ad pectus signum Crucis dicit: *Indulgentiam, &c.* Et si est Episcopus accipit manipulum, osculando illum in medio. Et stans inclinatus

junctis manibus prosequitur, *DEVS, tu
conversus*, & quæ sequuntur in Ordine
Missæ, clara voce usque ad Orationem,
Aufer à nobis, &c. Et cum dicit, *Oremus*,
extendit & jungit manus.

11. *Et tunc si coram summo Pontifice, aut
aliis Prælati, ut supra, celebret, facta summo
Pontifici genuflexione, aliis Prælati profunda
reverentia, accedit ad medium Altaris ante
infirmum gradum, & ibi incipit secretò, Aufer
à nobis, ut in Ordine Missæ.*

ANNOTATIO.

Solus minister interfit, non dicat, & tibi,
Frater, & te Frater: Sed semper: & vobis, *Fra-
tres, & vos Fratres*. Non inclinet se dum hæc
verba dicit, versus Ministrum, nec versus po-
pulum.

ANNOTATIONES.

IN paragr. 1. offendunt, qui ad initium Mis-
sæ facta Venerabili Sacramento in Altari
existenti reverenti genuflexionis, reveren-
tiam quoque exhibent Cruci: Et quando
non est Venerabile Sacramentum in Altari,
sed

sed ad latus, facere volentes Cruci reverentiam, prius erga Venerabile Sacramentum in latere positum genuflectunt, ut ordinem servent dignitatis. Sufficit enim una reverentia vel nimirum genuflexio, si Venerabile Sacramentum in Altari quovis modo sit positum, vel profunda capitis humerorumque incurvatio, versus Crucem, si Venerabile Sacramentum non sit in Altari. Neque tunc ulla debetur reverentia sanctissimo Sacramento ad latus etiam propè Altare situato, ut supra diximus.

Si privatim celebret coram Prælato, &c ubi primum descenderit ad infimum gradum, nulla prorsus facta reverentia Altari, nec Venerabili Sacramento non patenter exposito, immediatè conversus ad ipsum Prælatum in infimo gradu in cornu Evangelii petit licentiam inchoandi, & annuente Prælato capitis nutu, facit illi reverentiam, ut supra; & reversus ad Altare, facta tunc primum eidem Altari seu Cruci vel Venerabili Sacramento (si sit positum in Altari, aliàs non, nec iterum Prælato ad servandum ordinem dignitatis) debita reverentia inchoat Missam: ut supra in paragr. 1. non vertens dorsum Prælato, nec Altari: sed semiverfus ad Altare & Prælatum simul perficit Confessionem, usque ad *Aufer à nobis, &c.* reliqua ut supra, paragr. 11.

Dicat omnia fideliter & formaliter, ut in
Missam

Missali, nihil addendo, nihil demendo, nihil immutando, verbi gratia, ubi habet Missale: *In nomine Patris &c.* non dicat: *In nomine Dei Patris, &c. Beata MARIÆ, non Beatissima MARIÆ; & dimissis peccatis vestris, &c.* non & *dimissis omnibus peccatis vestris, &c.* In Confessione post illud, *Petro & Paulo*: Item post illud, *Petrum & Paulum*, nominari non potest principalis Patronus alicujus loci, Ecclesiæ, vel Religionis, &c. nisi cum privilegio sedis Apostolicæ speciali.

Manus ante pectus ita junctas teneat, ut summitas digitorum non tabulam Altaris, sed faciem sui ipsius respiciat, quod ambulando quoque hinc inde semper observat sacris vestibus indutus.

Signans se signo Crucis producat Crucem magnam, sic dispensans verba ad singulos sui contactus: tangens videlicet frontem dicendo, *In nomine Patris*: pectus, & *Filii*: humerum sinistrum: & *Spiritus*, humerum dextrum, *Sancti*, jungens manus, *Amen*. Sed caveat ne unquam in fine hujusmodi signationis suæ digitum vel manum osculetur.

Dum se ipsum dextra signat vel pectus percutit, sinistram apertam ne teneat sed (ut supra docetur) infra pectus extensam ponat. Caveat à percussione vehementi. Extendens, levans, & jungens manus, altitudinem mentis ne superet.

Nota quod in toto hoc libello passim, nomine Prælati, &c. non debeat intelligi alius prætereos, qui supra paragr. 2. enumerantur.

DE INTROITV, KYRIE ELEISON,
& Gloria in excelsis.

IV.

I. **D**UM dicit, *Aufer à nobis, &c.* Celebrans junctis manibus ascendit ad medium Altaris & ibi inclinatus, manibusque item junctis super eo positis, ita ut digiti parvi dumtaxat frontem seu medium anterioris partis tabulæ sedit mensæ Altaris tangant, residuo manuum inter Altare & se retento pollice dextro super sinistrum in modum Crucis posito (quæ omnia semper observantur, cum manus junctæ super Altare ponuntur) secretò dicit, *Oremus te Domine, &c.* & cum dicit, *Quorum reliquie hic sunt*, osculatur Altare in medio manibus extensis æqualiter hinc inde super eo positis: quod semper servatur quando osculatur Altare; sed post Consecrationem pollices ab indicibus non disjunguntur: In omni etiam de osculatione sive Altaris, sive Libri, sive alterius rei, non producitur signum Crucis pollice vel manu super id quod osculandum est.

2. Oscu-

2. Osculato Altari accedit ad cornu
 ejus sinistrum, id est, Epistolæ, ubi stans
 versus Altare, & producens à fronte ad
 pectus signum Crucis, incipit intelli-
 gibili voce, *Introitum* Missæ, & prosequi-
 tur junctis manibus. Cùm dicit, *Gloria*
Patri, tenens junctas manus, caput incli-
 nat versus Crucem, Cùm repetit *Introitum*,
 non signat se ut prius: & eo repeti-
 to, junctis manibus ante pectus accedit
 ad medium Altaris, ubi stans versus il-
 lud similiter manibus junctis, dicit ea-
 dem voce ter *Kyrie eleison*, ter *Christe elei-
 son*, & iterum ter *Kyrie eleison*, alternatim
 cum ministro. Si minister, vel qui inter-
 sunt, Celebranti non respondeant, ipse
 solus novies dicit.

3. Dicto ultimo, *Kyrie eleison*, Sacer-
 dos stans in medio Altaris, & manus ex-
 tendens, elevansque usque ad humeros,
 (quod in omni manuum elevatione ob-
 servatur) voce prædicta incipit, si di-
 cendum sit, *Gloria in excelsis*, cùm dicit
DEO, jungens manus, caput Cruci incli-
 nat: quo erecto, stans junctis manibus
 ante pectus, prosequitur usque ad finem.
 cùm dicit, *Adoramus te, Gratias agimus ti-
 bi,* &c.

bi, & Iesu Christe, Suscipe deprecationem nostram, & iterum, Iesu Christe, caput Crucis inclinat Cum dicit in fine, cum Sancto Spiritu, seipsum à fronte ad pectus signat, interim absolvens, In gloria Dei Patris. Amen.

4. In Missa solemni Sacerdos facta Confessione ascendit cum Ministris ad medium Altaris: ubi dicto, Oramus te Domine, & osculato Altari ponit incensum in thuribulum, ministrante Diacono naviculam, & Thuriferario thuribulum. Diaconus parum inclinatus versus Celebrantem, dicit, Benedicite, Patres reverende: & osculatur cochlear & manum Celebrantis ante & post Celebrans ter incensum ponit in thuribulum, dicens interim: Ab illo benedicaris, & deposito cochleari producens manu dextra signum Crucis super thus in thuribulo, illud benedicit. Postea Diaconus dimissa navicula, accipit thuribulum & dat Celebranti, osculata prius catenularum summitate, & manu illius dextera. Qui facta Crucis profunda reverentia eam ter incensat, nihil dicens: & facta iterum Crucis reverentia, incensat Altare, ter ducens thuribulum aequali distantia, prout distribuuntur candelabra, à medio ejus usque ad cornu

Episto-

Epistola: ubi demissa manu, thurificat illius postremam partem inferiorem, mox superiorem, bis ducto thuribulo, & conversus ad Altare elevans manum, incensat ejus planitiem, seu mensam in parte anteriori, ter ducens thuribulum usque ad medium: ubi facta Cruci reverentia procedendo thurificat aliud latus Altaris triplici ductu usque ad cornu Evangelii: & par iter incensata inferiori, & superiori parte ipsius cornu Evangelii duplici ductu adhuc stans ibidem elevat thuribulum & ter incensat superiorem tabula partem versus medium Altaris, ut fecit in cornu Epistola: deinde manu aliquantum demissa, incensat anteriorem ejus partem seu frontem, ter ducens thuribulum, dum procedit à cornu Evangelii usque ad medium Altaris: & facta Cruci reverentia, incensat similiter triplici ductu reliquam partem anteriorem usque ad cornu Epistola: ubi reddito thuribulo ipsi Diacono, ab eo ipse solus incensatur

5. Si verò in Altari fuerint reliquia, seu imagines Sanctorum, incensata Cruce, & facta ei reverentia antequam discedat à medio Altaris, primum incensat eas, quae à dextris sunt, id est, à parte Evangelii propè Cruceem, bis ducens thuribulum, & iterum facta Cruci reverentia, similiter incensat bis alias, quae sunt

sunt à sinistris; hoc est, à parte Epistola: deinde prosequitur incensationem Altaris, ut supra ter ducens thuribulum in unoquoque latere, etiam si in eo essent plures reliquie, vel imagines, seu etiam plura vel pauciora candelabra.

6. Si in Altari fuerit tabernaculum sanctissimi Sacramenti, accepto thuribulo antequam incipiat incensationem, genuflectit; quod item facit quotiescunque transit ante medium Altaris.

7. Diaconus & Subdiaconus hinc inde assistunt Celebranti dum incensat, & cum transeunt ante Crucem, semper genuflectunt. Deinde Celebrans, Diacono à dextris ejus, Subdiacono à dextris Diaconi stantibus in cornu Epistola legit Introitum, & Kyrie eleison, Cum verò intonat hymnum, Gloria in excelsis Deo, Diaconus & Subdiaconus, unus post alium, stant à tergo Celebrantis: postea ascendunt ad Altare, & hinc inde, Diaconus à dextris, Subdiaconus à sinistris, cum Celebrante hymnum submissa voce prosequuntur usque ad finem. Quod etiam servatur cum dicitur, Credo, & cum dicitur, Dominus vobiscum, Oratio, Præfatio, & Pater noster, Diaconus & Subdiaconus stans unus post alterum à tergo Celebrantis.

ANNO:

 ANNOTATIONES.

In 1. paragr. delinquunt superimponentes Altari vel etiam ipsi Corporali totaliter manus junctas, cum secundum dictam Rubricam digiti parvi supra mensam seu tabulam Altaris non sint ponendi, sed summitates digitorum annularum tantum.

Deinde in eodem offendunt §. qui osculari volentes Altare vel librum, vel aliam rem, prius manu crucem formant super Altare, librum vel rem illam.

In 2. paragr. delinquunt qui Introitum & reliqua in cornu Epistolæ dicenda, stantes in ipso medio Altaris dicunt, vel versa facie ad angulum dicti cornu.

Standum est autem unum passum procerum à medio Altaris, versa facie, directè versustabulam Altaris.

In Missa solenni dum thurificatur Altare, ab Acolytha teneatur extra Altare Missale cum pulvinari seu pulpito.

Celebrans non canat *Gloria in excelsis*, alio modo ab illis in Missali, vel tabella Secretaria notatis.

DE ORATIONE.

V.

I. Dicto hymno, *Gloria in excelsis*, vel si non sit dicendus, eo omisso, Celebrans osculatur Altare in medio, manibus hinc inde super eo, ut supra, extensis, tum illis ante pectus junctis, & demissis ad terram oculis, vertit se à sinistro latere ad dextrum versus populum, hoc est, per eam partem quæ respicit cornu Epistolæ, & extendens ac jungens manus ante pectus, ut prius, dicit voce prædicta, *Dominus vobiscum*, vel si sit Episcopus, *Pax vobis*, (quod dicitur tantum hoc loco, quando dictus est hymnus, *Gloria in excelsis*.) R. *Et cum spiritu tuo*, & junctis ut prius manibus revertitur per eandem viam ad librum, ubi eas extendens & jungens ante pectus, caputque Crucis inclinans, dicit, *Oremus*, tum extendit manus ante pectus, ita ut palma unius manus respiciat alteram, & digitis simul junctis, quorum summitas humerorum altitudinem distantiamque non excedat, quod

quod in omni extensione manuum ante pectus servatur. Stans autem, ut supra, extensis manibus, dicit *Orationem*. Cùm dicit, *Per Dominum nostrum*, jungit manus, easque junctas tenet, usque ad finem. Si aliter concluditur Oratio, *Qui tecum*, vel, *Qui vivis*, cùm dicit, in unitate jungit manus.

2. Cùm nominatur nomen JESUS, caput versus Crucem inclinat: quod etiam facit cùm nominatur in Epistola. Et similiter ubicunq; nominatur nomen B. MARIÆ, vel Sanctorum, de quibus dicitur Missa, vel fit commemoratio, item in Oratione pro Papa, quando nominatur, semper caput inclinat, non tamen versus Crucem. Si plures Orationes sunt dicendæ, idem in eis, in voce, in extensione manuum & capitis inclinatione, quod supra dictum est, observatur.

3. Si Altare sit ad Orientem versus populum, Celebrans versa facie ad populum, non vertit humeros ad Altare cùm dicturus est, *Dominus vobiscum*, *Orate fratres*, *Ite Missa est*, vel daturus benedictionem: sed osculato Altari in medio, ibi expansis & junctis manibus, ut supra,

pra,

pra, salutat populum, & dat benedictionem.

4. In Quatuor temporibus, vel alias quando dicendæ sunt plures Orationes cum Prophetijs, dicto *Kyrie eleison*, in medio Altaris, revertitur ad cornu Epistolæ, ubi stans ante librum extensis & junctis ante pectus manibus, & caput Cruci inclinans dicit, *Oremus, Flectamus genua*, & illico manibus super Altare extensis, ut seipsum ad Altare sustineat, genuflectit, & sine mora surgens, eadem voce ministro respondente *Levate*, manibus extensis dicit *Orationem*, ut supra, & in Conclusionem eas jungit. Dum autem legit Prophetias, tenet manus super librum vel Altare positas, ut mox dicetur de Epistola.

5. In Missa solemni cum dicitur, *Domine vobiscum*, & Oratio, Diaconus & Subdiaconus, stant retro post Celebrantem. *Flectamus genua*, dicitur à Diacono, à Subdiacono verò *Levate*, illo primùm genuflectente, hoc primùm surgente; Celebrans verò non genuflectit.

E

ANNOTÆ

ANNO TATIONES.

Circa r. 6. dicturus *Dominus vobiscum*, non se signet signo Crucis, neque dicat verbum *Domine exaudi &c.* vertat se totaliter ad populum; non nimium, sed paululum disiungendo & statim coniungendo manus; Caveat ne se inclinet unquam versus populum, neque dorso inniratur altari.

Cum dicto *Dominus vobiscum*, dicenda est oratio in cornu Epistolæ pede sinistro procedens proferat passum versus idem cornu; non autem ad medium Altaris redeat, ut ibi *Oramus* dicat.

Caveat ne unquam alterutram tantum manum teneat apertam vel elevatam; exempli gratia, durante Oratione folium dextra vertendum sit, sinistram interim super librum ponat.

Notandum est in Missa solenni errare eos, qui primam collectam canunt quidem in tono festivo, reliquas verò commemorationes si sint de simplici vel feria, canant in tono feriali. Debent autem cani in festis duplicibus, Dominicis, & festis semiduplicibus æqualiter omnes orationes & commemorationes, de

quocunque etiam festo simplici;
& feria, in eodem tono
festivo.

DE EPISTOLA, GRADUALI, & alijs usque ad Offer-
torium.

VI:

1. Dictis Orationibus, Celebrans positus super librum, vel super Altare manibus, ita ut palmæ librum tangant, vel (ut placuerit) librum tenens, legit Epistolam intelligibili voce, & respondetur à Ministro, *Deo gratias*. Et similiter stans eodem modo, prosequitur *Graduale, Alleluia, & Tractatum ac Sequentiam*, si dicenda sint. Quibus dictis Sacerdos, si privatim celebret, ipsemet, seu Minister portat librum Missalis ad alteram partem Altaris in cornu Evangelii, & dum transit ante medium Altaris, caput cruci inclinatur, & Missale sic locat, ut posterior pars libri respiciat ipsum cornu Altaris, & non ad parietem, sive ad partem eius contra se directam.

2. Locato Missali in Altari, Celebrans redit ad medium Altaris, ibique stans iunctis manibus ante pectus, levatisque ad Deum oculis, & statim demissis, tū pro-

fundè inclinatus, dicit secretò, *Mundus
cor meum, & lube Domine benedicere. Do-
minus sit in corde meo*, ut in Ordinario.
Quibus dictis vadit ad librum Missalis,
ubi stans versus illum junctis manibus
ante pectus, dicit intelligibili voce, *Do-
minus vobiscum, Et cum spiritu tuo*. Deinde
pollice dextræ manus signo Crucis sig-
nat primò librum super principio Evan-
gelij quod est lecturus, postea seipsum
in fronte, ore, & pectore, dicens: *Se-
quentia vel Initium sancti Evangelij &c. R.
Gloria tibi Domine*. Tum junctis iterum
manibus ante pectus, stans ut supra,
prosequitur Evangelium usq; ad finem.
Quo finito, minister stans in cornu Epi-
stolæ post infimum gradum Altaris, res-
ponder, *Laus tibi Christe*, & Sacerdos
elevans parumper librum osculatur
principium Evangelij, dicens: *Per
Evangelica dicta &c.* præterquam in Mis-
sis Defunctorum, & nisi celebret coram
summo Pontifice, Cardinali, & Lega-
to Sedis Apostolicæ, vel Patriarcha,
Archiepiscopo, & Episcopo in eorum
residentiis, quo casu defertur cuilibet
prædictorum osculandus liber, & Cele-
brans tunc non osculatur illum, nec di-
cis.

tit, *Per Evangelica dicta.* Cum autem nominatur JESUS, caput versus librum inclinat; & eodem modo versus librum genuflectit, cum in Evangelio est genuflectendum.

3. Dicto Evangelio stans in medio Altaris versus Crucem, elevans & extendens manus, incipit (si dicendum sit) *Credo*, cum dicit, *in unum Deum*, jungit manus, & caput Cruci inclinat: quo erecto, stans ibidem junctis ante pedes manibus, ut prius, prosequitur usque ad finem. Cum dicit, **JESUM CHRIS-
TUM**, caput Cruci inclinat. Cum dicit, *Et incarnatus est*, inclusive, genuflectit. Cum dicit, *simul adoratur*, caput Cruci inclinat. Cum dicit, *Et iterum venturi seculi, Amen*: producit sibi manu dextrâ signum Crucis à fronte ad pedes.

4. In Missa solemnè Subdiaconus circa finem ultime Orationis accipit amababus manibus librum Epistolarum, deferens illum supra pedes, & facta Altari genuflexione in medio, vadit ad partem Epistolæ contra Altare, & cantat Epistolam, quam etiam Celebrans interim submissa voce legit, assistente sibi Diacono à dextris, & iterum: Graduale, Tractum &c.

usque ad Munda cor meum. Epistola cantata Subdiaconus facit iterum genuflexionem Altari in medio, ac credit ad Celebrantem, & genuflectens osculatur eius manum, & ab eo benedicitur, praterquam in Missis Defunctorum.

5. Postea idem Subdiaconus accipit Missale Celebrantis, defert ad cornu Evangelij in Altare, & ibi ministrat Celebranti: qui submissa voce dicto, Munda cor meum &c. in medio Altaris, & deinde lecto Evangelio, quod in fine non osculatur, delato etiam per Diaconum libro Evangeliorum ad Altare, imponit incensum in thuribulum, Postea Diaconus genuflexus ante Altare dicit, Munda cor meum, & accipiens librum Evangeliorum de Altari, petit benedictionem à Celebrante similiter genuflexus in superiore gradu Altaris: & osculata illius manu, precedentibus Thuriferariis & duobus Acolythis cum candelabris accensis de credentia sumptis, vadit cum Subdiacono à sinistris ad locum Evangelij contra Altare versus populum, ubi Subdiacono librum tenente in medio inter duos Acolythis tenentes candelabra accensa, dicit Dominus vobiscum, in vestris manibus. Cum dicit, Sequentia &c. signat librum in principio Evangelij, frontem, os, & pectus: postea ter librum incensat, hoc est

in medio, à dextris & à sinistris, & prosequitur Evangelium iunctis manibus. Interim Celebrans post datam Diacono benedictionem, retrahens se ad cornu Epistola, ibi stat iunctis manibus. Et cum Diaconus dicit, Sequentia sancti Evangelij, Sacerdos etiam signat se, & cum nominatur Iesus, caput inclinat versus Altare. Finito Evangelio Sacerdos osculatur librum, à Subdiacono sibi delatum dicens: Per Evangelica dicta, &c. & à Diacono ter incensatur. Si sit coram Pralato in sua residentia, liber defertur ad Pralatum, ut supra, & ille incensatur, ut in Pontificali. Postea stans in medio Altaris versus ad Crisem, incipit, si dicendum sit, Credo, stantibus post eum Diacono & Subdiacono: deinde ad Altare accedentibus, & cum eo prosequentibus, ut dictum est ad Gloria in excelsis.

6. Si autem sit predicandum, Concionator finito Evangelio predicet, & sermone sive concione expleta, dicatur Credo, vel si non sit dicendum, cantetur Offertorium.

7. Cum vero in Symbolo cantatum fuerit Et incarnatus est, Diaconus accepta Bursa de Credentia, amababus manibus eam deferat elevatam cum solitis reverentiis ad medium Altaris, in quo explicat Corporale, & revertitur ad Celebrantem. Cum non dicitur Cre-

do, Subdiaconus desert Bursam simul cum Calice, ut infra dicitur.

3. Si quandoque Celebrans cantat Missam sine Diacono, & Subdiacono: Epistolam cantat in loco consueto aliquis Lector super peltæ eo indutus, qui in fine non osculatur manum Celebrantis: Evangelium: autem cantat ipse Celebrans ad cornu Evangelij, qui & in fine Missa cantat, Ite Missa est, vel Benedicimus Domino, aut Requiescant in pace pro temporis diversitate.

ANNOTATIO.

V Lectorus Evangelium dicto: Dominus sit in corde meo, &c non se signet, neque dicat: In nomine Patris, & Filii, &c.

Ad verba *Sequentia*, vel *Initium sancti Evangelij*, &c signet se, non una sola Cruce magna a fronte, ad pectus ducta, sed tribus parvis in fronte, ore, & pectore, Dum se signat, ad verba illa *Gloria tibi Domine*, non se vertat neque inclinat versus Crucem, sed librum respiciat erectus.

Non legat Evangelium in medio Altaris, sed minimum procero passu à medio versus cornu Evangelij prolato.

Stet rectus versus librum, brachijs seu manibus non innitendo Altari, vel libro. Cum durat.

durante quocunque Evangelio flectendum vel inclinandum fuerit, id nunquam fiat versus Crucem vel Venerabile Sacramentum, sed semper versus librum.

Ad verba, *Et incarnatus est, &c.* non utrumque, sed dextrum tantum genuflectat.

In fine Evangelii absque ulla Crucis productione osculetur librum; quem mox, unà cum pulvinari vel pulpito à cornu Evangelii ad medium Altaris trahit.

In *Missæ solenni* Subdiaconus non patiatur sibi ferri librum Epistolarum ad Altare, sed ipse accipiat eum in credentia.

Dum celebrans legit Evangelium, ipse Subdiaconus stet à sinistris Diaconi in eodem gradu.

Lecto privatim Evangelio, Celebrans non osculetur librum.

Lecto per Celebrantem Evangelio, Diaconus accipit librum Evangeliorum in credentia, quem ante pectus delatum ponit in Altari in cornu Epistolæ; Ministrat incensum Celebranti; Genufexus in supremo gradu dicit. *Munda cor meum, &c.* Genuflectente Diacono ad benedictionem. Subdiaconus quoque & Acolythi cum cæteris Comministris genuflectunt.

Si Prælatus, &c. interfuit Sacrificio, Diaconus delato libro ad Altare, osculatur manum ipsius Prælati, &c. Cui non ipse Diaconus, sed Cæremoniarius, vel Assistens ministrat naviculam incensi. Postea Diaconus petit be-

E s

medio

benedictionem ab iplo Prælato, sine osculo manus.

Diaconus cantans Evangelium, non stet indirectè versus cornu Evangelij, sed directè versus parietem. Acolyrhi medium facientes Subdiaconum librum tenentem, respiciant ipsum Diaconum, simili modo quo Subdiaconus; qui tres caveant ne genuflectant, seu se inclinent unquam durante Evangelio.

Data benedictione Diacono, Celebrans non expectet versus ad Crucem, donec ipse Diaconus canat *sequenta*, &c sed ab eunde Diaconostatim facta Cruci reverentia inclinationis, vadat ad cornu Epistolæ, vertens se ad ipsum Diaconum.

Verba illa: *Et ille incensatur ut in Pontificali*, &c intellige: Si sit paratus Prælatum mitra & pluviali, aliàs enim non nisi post incensationem oblatorum tantum incensatur: Cærimoniale libro 2. cap. 9.

Celebrans ne canat, *Credo in unum, Deum*, alio modo ab unico illo in Missali notato.

DE OFFERTORIO, ET alijs usque ad Canonem.

VII.

1. Dicto *Symbolo*, vel, si non sit dicendum, post Evangelium, Celebrans osculatur Altare in medio, & junctis

ma

manibus ante pectus, ibidem à manu sinistra ad dexteram (ut dictum est supra) vertit se ad populum, & extendens ac iungens manus dicit, *Dominus vobiscum*, & iunctis manibus revertitur per eandem viam ad medium Altaris, ubi extendens & iungens manus, caputque Cruci inclinans, dicit, *Oremus*, tum iunctis ut prius manibus dicit *Offertorium*: & omnia quæ usque ad finem Missæ in medio Altaris dicenda sunt, dicit ibidem stans versus Altare, nisi ubi aliter ordinatur.

2. Dicto Offertorio, discooperit Calicem, & ad cornu Epistolæ sistit, & manu dextra amovet parvam pallam de super Hostiam, accipit Patenam cum Hostia, & ambabus manibus usque ad pectus eam elevatam tenens, oculis ad Deum elevatis, & statim demissis dicit, *Suscipe sancte Pater, &c.*

3. Si fuerint aliæ Hostiæ non super Patenam, sed super Corporale, vel in alio Calice seu vase pro communione populi consecrandæ, Calicem illum seu vas dextra discooperit, & intentionem suam etiam ad illas offerendas & consecrandas dirigens, dicit ut supra, *Suscipe, &c.*

ut in ordine Missæ. Quo dicto, Patenam utraque manu tenens, cum ea facit signum Crucis super Corporale, & deponit Hostiam circa medium anterioris partis Corporalis ante se, & Patenam ad manum dextram aliquantulum subius Corporale, quam exterso Calice, ut dicetur, cooperit Purificatorio. Si autem adsit vas seu calix cum aliis Hostiis, ipsum cooperit alia Patena, vel Palla.

4. Deinde in cornu Epistolæ accipit Calicem Purificatorio extergit, & sinistra tenens illius nodum accipit, ampullam vini de manu Ministri (qui osculatur ipsam ampullam, non autem manum Celebrantis) & ponit vinum in Calicem. Deinde eodem modo tenens Calicem, producit signum Crucis super ampullam aquæ, & dicit, *Deus qui humana substantia*: & infundens parum aquæ in Calice prosequitur, *Da nobis per huius aquæ & vini mysterium, &c* Si vero celebrat pro defunctis, non facit signum Crucis super aquam, sed imponit absque benedictione, dicens Orationem, ut supra.

3. Imposita aqua in Calice, & finita
Oratio

Oratione prædicta, accipit manu dextra Calicem discoopertum, & stans ante medium Altaris, ipsum ambabus manibus elevatum tenens videlicet cum sinistra pedem, cum dextra autem nodum infra cuppam, intentis ad Deum oculis offert, dicens, *Offerrimus tibi Domine,* &c. qua Oratione dicta, facit signum Crucis cum Calice super Corporale, & ipsum in medio post Hostiam collocat, & palla cooperit. Deinde iunctis manibus super Altare positis, aliquantulum inclinatus dicit secretò, *In spiritu humilitatis,* &c. Postea erectus, elevans oculos, manusque expandens, & statim jungens ante pectus (quod semper facit, quando aliquid est benedicturus) dicit, *Veni sanctificator,* signat manu dextra communiter super Hostiam & Calicem, sinistra posita super Altare.

6. Tum iunctis ante pectus manibus, accedit ad coram Epistolæ, ubi stans Ministro aquam fundente lavat manus, id est, extremitates digitorum pollicis & indicis, dicens Psalmum. *Lava bo inter innocentes,* cum *Gloria Patri,* &c. qui versus, *Gloria Patri,* præmittitur in Missis Defunctorum, & in Missis de
Tem-

Tempore à Dominica de Passione usque ad Sabbatum sanctum exclusivè.

7. Celebrans lotis manibus eas tergit, & illis ante pectus iunctis revertitur ad medium Altaris, ubi stans, oculosque Deum elevans, & statim demittens, manibus iunctis super Altare, aliquantulum inclinatus dicit secretò Orationem, *Suscipe sancta Trinitas, &c.* Quæ dicta, manibus hinc inde extensis, & super Altare positis, osculatur illud in medio: tum iunctis manibus ante pectus, dimissisque oculis ad terram vertit se ad populum, & versus cum extendens & iungens manus, dicit voce aliquantulum elata, *Orate fratres, & secretò prosequens, ut meum ac vestrum sacrificium, &c.* perficit circulum, revertens iunctis manibus ante pectus à manu dextra ad medium Altaris. Et responso à Ministro vel à circumstantibus, *Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis, &c.* (alioquin per se ipsum dicens, *Sacrificium de manibus meis,*) ipse Celebrans submissa voce dicit, *Amen.* & manibus ante pectus extensis, ut fit ad Orationem, stans in medio Altaris, versus librū dicit absolutè sine Oremus, & sine alia inter-
pos.

positione *Orationem*, vel *Orationes secretas*.
 Cum dicit, *Per Dominum*, iungit manus:
 cum dicit, *Iesum Christum*, caput incli-
 nat, quod facit in prima *Oratione*, &
 in ultima, si plures sint dicendæ.

8. Pervento autem in conclusione ulti-
 mæ *Secretæ* ad verba illa: *Per omnia sacris-
 ta seculorum*, exclusivè; Sacerdos stans in
 medio Altaris, depositis super eo mani-
 bus hinc inde extensis, dicit convenien-
 ti & intelligibili voce *Præfationem*. Cum
 dicit, *Sursum corda*, elevat manus hinc
 inde extensas usque ad pectus, ita ut pal-
 ma unius manus respiciat alteram. Cum
 dicit, *Gratias agamus Domino*, iungit ma-
 nus: cum dicit, *Deo nostro*, oculos elevat,
 & statim *Cruci* caput inclinat. Responso
Dignum & iustum est, elevatis & extensis,
 ut prius, manibus prosequitur *Præfationē*,
 propriam, vel communem, ut tempus
 requirit. Cum dicit, *Sanctus*, iunctis ante
 pectus manibus, & inclinatus voce me-
 diocri prosequitur, ministro interim
 parvam campanulam pulsate. Dum dicit
Benedictus qui venit in nomine Domini, & e-
 rigit se, & signū *Crucis* sibi producit à
 fronte ad pectus.

9. In *Missâ solemni dicto*, *Oremus* *Diaconus*
 & *Subdiaconus* accedunt ad *Altare* in cornu
Epistolæ.

Epistola, Diaconus amovet Calicem, si est in Altari, vel si est in Credentia, ut magis decet, accipit eum de manu Subdiaconi, qui illum cum Patena & Hostia, coopertum palla & velo à collo sibi pendente, manu sinistra tenens, & alteram manum superponens Velo, ne aliquid decidat, de credentia detulit, comitatus ab Acolytha ampullas vini & aqua portante: ipse Diaconus Calicem detegit, & dat Patenam cum Hostia Celebranti, osculando eius manum: Subdiaconus extergit Calicem purificatorio, Diaconus accepta ampulla vini de manu Subdiaconi imponit vinum in Calice: Subdiaconus interim ampullam aqua ostendens Celebranti, dicit, Benedicite pater reverende; qui facto versus eam signo Crucis, dicit Orationem, Deus, qui humanæ, &c. interim Subdiaconus infundit paulum aqua in Calicem, Diaconus illum Celebranti dat, & pedem Calicis tangens, seu brachium dextrum Celebrantis sustentans, cum eo dicit: Offerimus tibi Domine, &c. quem postea positum in Altari, ut supra, palla cooperit. Subdiacono deinde stanti in cornu Epistola, ponit in dextera manu Patenam, quam cooperit exaremitate veli ab eius humero pendentis: qui vadit post Celebrantem ante medium Altaris, & facta genuflexione ibi stat, sustinens eam

elevatam usque ad finem Orationis Domini-
ca, ut dicitur. In Missis autem Defunctorum,
& in feria sexta Parasceves, Patena non tene-
tur à Subdiacono.

10. Dicto, Veni sanctificator, ut supra,
Celebrans ministrante Diacono naviculam,
& dicente, Benedicite pater reverende,
ponit incensum in thuribulum, dicens: Per
intercessionem, &c. ut in ordine Missæ.
Deinde accepto thuribulo per manum Diaconi,
nullam tunc faciens Cruci reverentiam,
incensat oblata, ter ducens thuribulum super
Calicem & Hostiam simul in modum Crucis,
& ter circum Calicem & Hostiam, scilicet
bis à dextra ad sinistram, & semel à sinistra ad
dextram. (Diacono interim pedem Calicis
tenente manu dextra) dispensans verba in
qualibet incensatione hoc modo. In prima in-
censatione. Incensum istud; In secunda, à
te benedictum; In tertia, ascendat ad
te Domine; In quarta, & descendat su-
per nos; In quinta & sexta, misericordia
tua. Deinde facta reverentia, incensat Cru-
cem & Altare, ut dictum est supra, assistente
eodem Diacono, interim dicens: Dirigatur
Domine oratio mea, &c. & cum incen-
satur Crux, Diaconus amovet Calicem ad
partem Epistolæ, & incensata Cruce reponit

in loco suo. Cum reddat thuribulum Diacono, dicit: Accendat in nobis, &c. Et incensatur ab eo; deinde Diaconus incensat Chorum, & postremò Subdiaconum tenentem Patenam: & ipse Diaconus incensatur à Thuriferario, & Thuriferarius postea incensat Acolythos & populum. Celebrans postquam incensatus fuerit, lavat manus ministrantibus Acolythis ampullam aqua cum pelriculo, & manmergio.

11. Cùm dicitur Præfatio, Diaconus & Subdiaconus stant retrò post Celebrantem: & paulò antequam dicatur Sanctus, accedunt ad Altare, ubi cum Celebrante hinc inde dicunt, Sanctus, & quæ sequuntur usque ad Canonem, Deinde Diaconus accedit ad sinistram Celebrantis, ei assistens dum dicitur Canon, nisi alius Sacerdos assistat, quia tunc ipse staret ad dexteram aliquantulum post Celebrantem Subdiaconus verò tunc stat post Celebrantem.

ANNOTATIONES.

Dum dicit Sanctus, ne percutiat pectus, nec manus in Altari ponat.

In Missa solemnè si præsens sit Prælatus, &c. ipse benedicit thus, & incensatur triplici ductu à Diacono ante & post facta reverentia genuflexionis; sed non paratus Prælatus pluviali & mitra, post, non ante incensatum Celebrantem incensatur Celebrans in præsentia Prælati, &c. regulariter duplici tantum ductu thurificatur.

DE CANONE MISSÆ
usque ad Consecrationem.

V I I I.

1. Finita Præfatione, ut supra, Sacerdos stans ante medium Altaris, versus ad illud, aliquantulum elevat, manus, oculisque elevatis ad Deum, & sine mora devotè demissis, ac manibus iunctis, & super Altare positis, profundè inclinatus incipit, Canonem secretò dicens: *Te igitur, &c.* ut in ordine Missæ. Cum dicit, *ut accepta habeas, & benedicas*, prius osculatur Altare in medio, deinde erigit se, & stat iunctis manibus ante pectus. Cum dicit, *Hæc tibi dona, hæc tibi munera, hæc tibi sancta sacrificia*, dextra manu signat ter communiter super Hostiam & Calicem. Deinde extensis manibus ante pectus, prosequitur, *In primis quæ tibi offerimus &c.*

2. Vbi

2. Vbi dicit, *una cum famulo tuo Papa nostro. N.* exprimit nomen Papæ: Sede autem vacante verba prædicta omituntur: ubi dicitur, *& Antistite nostro N.* specificatur nomen Patriarchæ, Archiepiscopi, vel Episcopi ordinarii in propria diœcesi, & non alterius Superioris, veriamsi Celebrans sit omninò exemptus, vel sub alterius Episcopi iurisdictione. Si verò Episcopus ordinarius illius loci, in quo Missa celebratur, sit vita functus, prædicta verba omituntur, uti ab iis, qui Romæ celebrant. Si celebrans est Episcopus, Archiepiscopus, vel Patriarcha, omissis prædictis verbis, eorum loco dicit. *Et me indigno seruo tuo.* Summus autem Pontifex cum celebrat, omissis verbis, *una cum famulo tuo Papa nostro. N. & Antistite nostro N.* dicit, *una cum me indigno famulo tuo, quem gregi tuo præesse voluisti.* Et continuant omnes ut sequitur, *Et omnibus Orthodoxis, &c.*

3. Cum dicit, *Memento Domine*, elevans & iungens manus usque ad faciem vel pectus, sic iunctis manibus stat paulisper in quiete, demisso aliquantulum capite, faciens commemorationem vi-

VORUM

vorum Christi fidelium ad suam volun-
 tatem; quorum nomina si vult secretò
 commemoret: non tamen necesse est
 ea exprimere, sed mente tantùm eorum
 memoriam habeat. Potest etiam Ce-
 lebrans, si pro pluribus orare intendit,
 ne circumstantibus sit morosus, ante
 Missam in animo proponere sibi omnes
 illos tam vivos quam defunctos, pro
 quibus in ipsa Missa orare intendit, &
 hoc loco generaliter unico contextu ip-
 sorum vivorum commemorationem
 agere, pro quibus ante Missam orare
 proposuit in Missa.

4. Commemoratione vivorum facta,
 demissis & extensis ut prius manibus,
 continuat, *Et omnium circumstantium & c.*
 Similiter stans prosequitur *Communi-*
cantes, Cum dicit, IESV Christi, caput
 Cruci inclinat: in conclusione quan-
 do dicit, *Per eundem,* iungit manus. Cum
 dicit, *Hanc igitur oblationem,* expandit
 manus simul super oblata, ita ut palmæ
 sint apertæ versus ac supra Calicem &
 Hostiam, quas sic tenet usque ad illa
 verba, *Per Christum Dominum nostrum*
 tunc enim iungit manus, & sic prose-
 quitur, *Quam oblationem tu Deus in om-*
nibus

ribus quæsumus, & cum dicit, *benedicta*,
adscriptam, ratam; communiter sig-
 nat ter super Hostiam & Calicem simul:
 deinde cum dicit, *ut nobis corpus*, separa-
 tim signat semel super Hostiam tantum:
 & cum dicit, *& sanguis*, semel super Cali-
 cem tantum: deinde elevans & iungens
 manus ante pectus, prosequitur, *fiat dile-*
ctissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi, &
 inclinans caput Cruci, extergit, si opus
 fuerit, pollices & indices super Corpo-
 rale, & dicit secreto ut prius, *Qui pridie*
quàm pateretur, & accipiens pollice & in-
 dice dextræ manus Hostiam, & eam
 cum illis ac indice & pollice sinistræ
 manus tenens, stans erectus ante mediū
 Altaris, dicit: *Accepit panem in sanctas ac*
venerabiles manus suas, elevansque ad cœ-
 lum oculos, & statim demittens, dicit,
& elevatis oculis in cœlum ad te Deum Patrem
suum omnipotentem: caputque aliquantulū
 inclinans, dicit, *Tibi gratias agens*: & te-
 nens Hostiam inter pollicem & indi-
 cem sinistræ manus, dextra producit
 signum Crucis super eam, dicens: *Be-*
ne dixit, fregit, dedit que Discipulis suis, di-
 cens: *Accipite & manducate ex hoc omnes.*
 5. Si adsit vas cum aliis Hostijs conse-
 crat.

crandis, antequam accipiat Hostiam, discooperit manu dextra Calicem, seu vas aliarum Hostiarum. Cum autem finierit supra dicta verba, cubitis super Altare positus, stans capite inclinato, distinctè, reverenter, & secreto profere verba Consecrationis super Hostiam & simul super omnes, si plures sint consecrandæ, & Hostiam suam pollicibus & indicibus tantum tenens, dicit, *Hoc est enim Corpus meum*. Quibus prolatis, Celebrans tenens Hostiam inter pollices & indices prædictos super Altare, reliquis manuum digitis extensis, & simul iunctis (& Hostiis, si plures sint consecratæ, in loco in quo à principio Missæ positæ sunt, super Corporale vel in alio vase, aut calice demissis) genuflexus eum adorat. Tunc se erigens, quantum commodè potest, elevat in altum Hostiam, & intentis in eam oculis (quod & in elevatione Calicis facit) populo reverenter ostendit adorandam: & mox sola manu dextra ipsam reverenter reponit super Corporale in eodem loco, unde eam levavit, & deinceps pollices & indices non disiungit, nisi quâdo Hostiam consecratam tangere vel tractare debet, usq; ad ablutionem digitorum post communionem.

6. Reposita Hostia consecrata super Corporale, genuflexus ipsam veneratur: Si adsit vas aliarum Hostiarum, patena vel palla cooperit, ut supra. Interim dum Celebrans elevat Hostiam, accenso prius intortitio (quod non extinguitur, nisi postquam Sacerdos sanguinem sumpserit, vel alios communicaverit, si qui erunt communicandi in Missa) Minister manu sinistra elevat Ambrias posteriores Planetæ, ne ipsum Celebrantem impediatur in elevatione brachiorum, quod & facit in elevatione Calicis: & manu dextra pulsat campanulam ter ad unamquamque elevationem, vel continuatè quousque Sacerdos deponat Hostiam super Corporale, & similiter postmodum ad elevationem Calicis.

7. Celebrans adorato Sacramento surgit, & discooperit Calicem, in quem, si opus sit, extergit digitos, quod semper faciat, si aliquod fragmentum digitis adhæreat, & stans erectus dicit, *simili modo postquam cœnatum est*, & ambabus manibus accipiens Calicem iuxta nodum infra Cuppam, & aliquantulum illum elevans, ac statim deponens, dicit,

666

accipiens & hunc præclarum Calicem &c. cum dicit, *Item tibi gratias agens*, caput inclinat; cum dicit, *benedixit*, sinistra Calicem infra Cuppam tenens, dextra signat super eum, & prosequens, *deditque Discipulis suis*, &c. & ambabus manibus tenens Calicem, videlicet sinistra pedem, dextra nodum infra cuppam, cubitis super Altare positus, & capite inclinato, profert attentè, continuatè, & secretò, ut supra verba 'consecrationis Sanguinis: *Hic est enim Calix* &c. Quibus dictis reponit Calicem super Corporale, & dicens secretò, *Hæc quotiescunque feceritis* &c. genuflexus Sanguinem reverenter adorat. Tum se erigit, & accipiens Calicem discoopertum cum Sanguine ambabus manibus, ut prius, elevat eum, & erectum, quantum commodè potest, ostendit populo adorandum: mox ipsum reverenter reponit super Corporale in locum pristinum, & manu dextra Pallâ cooperit, ac genuflexus Sacramentum veneratur.

8. In Missa solemni ad finem Prefationis accenduntur duo saltem intortitia ab Acolythis, ^{quæ} ~~quæ~~ extinguuntur post ~~elevationem~~ ^{consecrationem} Calicis, nisi aliqui sint communicandi, & tunc extinguuntur.

tur post Communionem. In diebus etiam ieiuniorum, & in Missis pro Defunctis, tenentur accensa usque ad Communionem. Cùm autem Celebrans dicit Quam oblationem &c. Diaconus accedit ad eius dexteram, & ibi in superiori gradu Altaris genuflexus, cum Sacramentum elevatur, fimbrias Plana elevat, & quando opus est, se erigens, Calicem discooperit & cooperit, & cum Celebrante genuflectit. Subdiaconus genuflectit in loco suo. Thuriferarius genuflexus in cornu Epistolæ ter incensat Hostiam, cum elevatur, & similiter Calicem, posito incenso in thuribulum absque benedictione. Reposito Calice, Diaconus recedit ad librum, nisi alius assistat. Ceteri surgunt, & stant in locis suis.

ANNOTATIO.

Contra §. i. osculato Altari quidam non iungunt manus antequam signent oblata, quam junctionem manuum, ante quamvis benedictionem adhibendam, etiam alias (malè) omittunt.

Cruces super oblata vel aliam rem benedictam intra Missam fiant manu dextra extensa, digitis coniunctis, parvo digito rei benedi-

cca.

cendæ verso, rectam formando crucem huiusmodi † cuius longitudo & latitudo sit unius palmi, non autem formando tan-

tum quatuor puncta hoc modo

Non perficiat circulum manu, neque eam circumferat gesticulatoriè. Signando Hostiam & Calicem simul cruce communi, advertat ne transversum crucis formet super alterutrum tantum, sed in medio inter utrumque.

§ 2. Nominatis Papa & Antistite, ne nominet Imperatorem vel Regem eò non pertinente; & notandum est Missalia Romana quæ in Canone post nomina Papæ & Antistitis habent Regem vel Imperatorem, esse suspensa. Solent quoque Celebrantes errare in nominando Antistite.

Quidam enim nominant Superiorem suum immediatum, in ordine Episcopali non constitutum, qualis capax non est huius nominationis: Ut si exempli gratia celebrans alius quis presbyter Elvaci, nominaret Præpositum Elvacensem. Tenentur namque non solum Sacerdotes simplices Elvacenses, sed & ipsemet Præpositus quantumvis exemptus, cum celebrat, hoc loco nominare Episcopum Ordinarium, puta Augustanum.

Alij nominant Antistitem suum Ordinariū in aliena diœcesi; Ut si aliquis Sacerdos Augustanus Ratisbonam profectus celebraret

ibi; atque nominaret Episcopum suum Augustanum. Deberet autem tunc ibi nominare ordinarium loci; puta Episcopum Ratisbonensem.

Tenens manu Hostiam seu Calicem mox consecrandum, caveat, ne pectus percutiat, neque Hostiam consecrandam elevet sinistra, sed in Altari deponita eadem sinistra hostiam teneat.

Proferens verba Consecrationis caveat ne afflet, ne barba vel ore attingat Hostiam Calicem, neque Calici barbam immittat, caput faciemve ad singula consecrationis verba non moveat; non producat Crucem ore vel capite; Hostiam seu Calicem ne osculetur. Calicem consecrandum è loco suo non transferat ante Hostiam, sed retrò post Hostiam loco suo solito parùm elevet.

Sacramentum elevet graviter, non autem adeò lentè, nec nimis in altum, sed ita ut videri commodè à circumstantibus possit. Caveat ne unquam ferat Hostiam vel Calicem extra limites Corporalis, nec retrò post se, neve directè supra suum caput, sed oculos semper habeat intentos, tam in Hostiam quàm in Calicem, Hostiam quando populo adorandam ostendit, utrumque latus hostiæ non convertat, nec illa crucem effingat, sed rectam & immotam in alto aliquantulum teneat, & mox iterum reverenter deponat. Idem de Calicis elevatione. Non osculetur nodum pedemve Calicis, nec Hostiam neque manum. Deponat Hostiam eodem proferendo modo quo acceperat, tribus nimirum digitis

poste

posterioribus sublatis. non in Altari depositis, nec inversâ manu. Elevata Hostia non detegat Calicem priusquam adoraverit ipsam Hostiam.

In elevatione Calicis advertat, ne Manipulus Hostiam tangat.

In Missa solemnâ ad finem præfationis Acolythi non deferant ad Altare candelabra in credentia posita, sed accendant alia intortitia seu candelas maiores, easque sine candelabris teneant.

DE CANONE POST CONSECRATIONEM usque ad Orationem Dominicam.

IX.

R. Reposito Calice, & adorato, Sacerdos stans ante Altare, extensis manibus ante pectus, dicit secretò, *Vnde & memores &c.* Cum dicit, *de tuis donis ac datis*, iungit manus ante pectus: & cum dicit, *Hostiam ꝑ puram, Hostiam ꝑ sanctam, Hostiam ꝑ immaculatam*, manu sinistra posita supra Altare intra Corporale, dextra signat ter communiter super Hostiam & Calicem, & semel super Hostiam tantùm, & semel super Calicem tantùm, dicens, *Panem ꝑ sanctum*

Etum vita aeterna, & Calicem ✠ salutis perpetua, deinde stans ut prius, extensis manibus prosequitur, *Supra qua propitio &c.* Cum dicit, *Supplices te rogamus &c.* inclinat se ante medium Altaris, manibus iunctis super illo positis: dum dicit, *ex hac Altaris participatione,* osculatur Altare, manibus hinc inde super Corporale positis. Cum dicit, *sacrosanctum filij tui,* iungit manus: & dextera signans semel super Hostiam tantum, & semel super Calicem, sinistra super Corporale posita: dicit, *Corpus & Sanguinem sumpserimus:* & cum dicit, *omni benedictione ✠ caelesti,* seipsum signat a fronte ad pectus signo Crucis, sinistra posita infra pectus, & prosequitur, *& gratia repleamur.* Cum dicit, *Per eundem,* iungit manus.

2. Cum dicit, *Memento Domine famularum famularumque tuarum &c.* extensis & iunctis manibus ante pectus, & usque ad faciem elevatis, & intentis oculis ad Sacramentum super Altare, facit commemorationem fidelium Defunctorum, de quibus sibi videtur, eodem modo ut dictum est de commemoratione vivorum. Qua commemoratione facta, stans

ut

ut prius extensis manibus prosequitur.
Ipsi Domine, & omnibus in CHRISTO &c.
 & in fine ad, *Per eundem*, iungit manus,
 & caput inclinat.

3. Cùm dicit, *Nobis quoque peccatoribus*,
 vocem aliquantulum elevat, & dextera
 manu pectus sibi percutit, sinistra po-
 sita super Corporale, & prosequitur se-
 cretò, *famulistuis &c.* stans manibus ex-
 tensis, ut prius. Dum dicit, *Per Chri-*
stum Dominum nostrum: Per quem hæc om-
nia Domine semper bona creas, iungit ma-
 nus ante pectus: deinde manu dexte-
 ra ter signans communiter super Hostiã
 & Calicem, dicit, *sancti & ficas, vivifi-*
cas, beneficis, & prastas nobis. Postea
 discooperit manu dextera Calicem, &
 genu flexus Sacramentum adorat: tum
 se erigit, & reverenter accipit Hostiam
 inter pollicem & indicem dextræ ma-
 nus, & cum ea super Calicem, quem
 manu sinistra tenet circa nodum infra
 cuppam, signat ter à labio ad labium,
 dicens, *Per ipsum, & cum ipso, & in ipso.*
 Et similiter cum Hostia signat bis
 inter Calicem & pectus, incipiens à la-
 bio Calicis, & dicit: *Est tibi Deo Pa-*
tri omnipotenti, in unitate Spiritus & sancti.

Deinde tenens manu dextra Hostiã super Calicem, sinistra Calicem, elevat eum aliquantulum simul cum Hostia, dicens, *omnis honor & gloria*, & statim utrumque deponens, Hostiam collocat super Corporale, & si opus sit, digitos extergit, ut supra, ac pollices & indices ut prius iungens, Calicem palla cooperit, & genuflexus Sacramentum adorat.

4. *In Missa solenni cum Celebrans dicit, Per quem hæc omnia &c. Diaconus facta Sacramento genuflexione, accedit ad dextram celebrantis, & quando opus est, discooperit calicem, & cum Celebrante adorat, similiter cooperit, & iterum genuflectit. Cum incipit, Pater noster, idem vadit retrò post Celebrantem, facta prius Sacramento genuflexione, ubi stat, dum dicitur Oratio Dominica.*

ANNOTATIONES.

Non incuruet pedem dum Hostiam tractat; neque manum osculetur.

Cum dicit, *Per ipsum &c.* Hostiã supra Calicem formet Cruces, ita ut ferè, sed non omnino labia Calicis tangat: reliquæ verò Crucis inter Calicem & seipsum non excedant al-

titudi-

itudinem Calicis. Postea non multum elevet Calicem cum Hostia, ne videatur denuò ostendere populo: Nec unquam ferat Hostiam retro post Calicem, neque in gyrum.

DE ORATIONE DOMINICA, & alijs usque ad factam Communionem.

X.

R: Celebrans cooperto Calice, adoroque Sacramento erigit se, & manibus extensis hinc inde super Altare intra Corporale positus, dicit intelligibili voce, *Per omnia secula seculorum*, & cum dicit, *Oremus*, iungit manus, caput Sacramento inclinans. Cum incipit, *Pater noster*, extendit manus, & stans oculis ad Sacramentum intentis, prosequitur usque ad finem. Responso à Ministro, *Sed libera nos à malo*, & à Celebrante submissa voce, *Amen*, manu dextra, pollice & indice non disiunctis, Patenam aliquantulum purificatorio extergens, eam recipit inter indicem & medium digitos, quam tenens super Altare erectam, sinistra super Corporale posita, dicit secretò, *Libera nos qua sumus & c.*

F 5

2. Ante-

2. Antequam Celebrans dicat, *Da propitius pacem*, elevat manu dextra Patenam de Altari, & seipsum cum ea signat à fronte ad pectus, dicens: *Da propitius pacem in diebus nostris.* Cum signat se, manum sinistram ponit infra pectus: deinde Patenam ipsam osculatur, & prosequens, *ut ope misericordiae tuae* &c. submittit Patenam hostiae, quam indice sinistro accommodat supra Patenam, discooperit Calicem, & genuflexus Sacramentum adorat: tum se erigens, accipit Hostiam inter pollicem & indicem dextræ manus, & cum illis ac pollice & indice sinistræ manus eam super Calicem tenens reverenter frangit per medium, dicens: *Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum;* & mediam partem quam inter pollicem & indicem dextræ manus tenet, ponit super Patenam: de alia media, quam sinistra manu tenet, frangit cum pollice & indice dextræ manus particulam, prosequens. *Qui tecum vivit & regnat,* & eam inter ipsos dextræ manus pollicem, & indicem retinens, partem maiorem, quam sinistra tenet, adiungit mediæ super Patenam positam, interim dicens,

dicens,

dicens, *in unitate Spiritus sancti Deus* : & particulam Hostiæ, quam in dextra manu retinuit, tenens super Calicem, quam sinistra per nodum infra cuppam retinet, intelligibili voce dicit, *Per omnia secula seculorum. R. Amen*; & cum ipsa particula signans ter à labio ad labium Calicis, dicit, *Pax Domini sit semper vobiscum*. Responso per Ministrum, *Et cum spiritu tuo*, particulam quam dextra manu tenet, immittit in Calicem, dicens secretò. *Hæc commixtio & consecratio Corporis &c.* Deinde pollices & indices super Calicem aliquantulum tergit & iungit, Calicem Palla cooperit, & genuflexus Sacramentum adorat, surgit, & stans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato versus Sacramentum, dicit intelligibili voce, *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi*; & dextra percutiens sibi pectus, sinistra supra Corporale posita dicit, *Miserere nobis*, & deinde non iungit manus, sed iterum percutit sibi pectus cum dicit secundò *miserere nobis*, quod & tertio facit, & cum dicit, *dona nobis pacem*.

3. Tunc manibus iunctis super Altare positis, oculisque ad Sacramentum intentis, inclinatus dicit secretò *Domine Iesu*

Christe &c. Qua oratione finita, si est daturus pacem, osculatur Altare in medio, & instrumentum pacis ei porrectum à Ministro iuxta ipsum ad dexteram, hoc est, in cornu Epistolæ genuflexo, & dicit *Pax tecum*, Minister respondet, *Et cum spiritu tuo*. Si non adsit, qui huiusmodi instrumento pacem recipiat à Celebrante, pax non datur, etiam si illius datio Missæ conveniat: nec osculatur Altare, sed dicta præmissa Oratione, statim subiungit alias Orationes, ut in Ordine Missæ.

4. Si verò celebret pro Defunctis, non percutit pectus ad *Agnus Dei*, quia dicit, *donæ eis requiem*; nec dicit primam Orationem, *Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis &c.* non dat pacem, sed dicit alias duas sequentes Orationes, *Domine Iesu Christe fili Dei vivi*; & *Perceptio Corporis tui*. Quibus Orationibus dictis, genuflectens Sacramentum adorat, & se erigens dicit secretò, *Panem celestem accipiam &c.* quo dicto, dextra manu accipit de Patena reverenter ambas partes Hostiæ, & collocat inter pollicem & indicem sinistrae manus, quibus Patenam inter eundem indicem & medium

dium

diūm digitos supponit, & eadem manu sinistra tenens partes huiusmodi super Patenam inter pectus & Calicem, parum inclinatus, dextratribus vicibus percutit pectus suum, interim etiam tribus vicibus dicens voce aliquantulum elevata, *Domine non sum dignus*, & secretò prosequitur, *ut intres & c.* Quibus tertio dictis, ex sinistra accipit ambas partes prædictas Hostiæ inter pollicem & indicem dextræ manus, & cum illa supra Patenam signat seipsum signo Crucis, ita tamen, ut Hostia non egrediatur limites Patenæ, dicens, *Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam, in vitam æternam, Amen*: & se inclinans, cubitis super Altare positus, reverenter easdem ambas partes sumit: quibus sumptis, deponit Patenam super Corporale, & erigens se iunctis indicibus & pollicibus, ambas quoque manus ante faciem iungit, & aliquantulum quiescit in meditatione sanctissimi Sacramenti. Deinde depositis manibus dicit secretò, *Quid retribuam Domino, pro omnibus que retribuit mihi?* & interim discooperit Calicem, genuflectit, surgit, accipit Patenam, inspicit Corporale

le, & erigens se iunctis indicibus & pollicibus, ambas quoque manus ante faciem iungit, & aliquantulum quiescit in meditatione sanctissimi Sacramenti. Deinde depositis manibus dicit secretò, *Quid retribuam Domino, pro omnibus que retribuit mihi?* & interim discooperit Calicem, genuflectit, surgit, accipit Patenam, inspicit Corporale, colligit fragmenta cum Patena, si quæ sint in eo, Patenam quoque diligenter cum pollice & indice dextræ manus super Calicem extergit, & ipsos digitos, ne quid fragmentorum in eis remaneat.

§. Si verò adsint Hostiæ consecratæ super Corporale positæ pro alio tempore conservandæ, facta prius genuflexione, reponit eas in vas ad hoc ordinatum, & diligenter advertit, ne aliquod fragmentum, quantumcunque minimum, remaneat super Corporale: quod si fuerit, accuratè reponit in Calicem. Post extersionem Patenæ, iunctis pollicibus & indicibus Calicem dextra manu infra nodum cuppæ accipit, sinistra Patenam, dicens. *Calicem salutaris &c.* & signans se signo Crucis cum Calice, dicit, *Sanguis Domini nostri &c.* & manu sinistra supponens

gens

nens Patenam Calici, stans reverenter sumit totum sanguinem cum particula in Calice posita. Quibus sumptis dicit secretò, *Quod ore sumpsimus &c.* & super Altare porrigit Calicē Ministro in Cornu Epistolæ, quo vinum fundente, se purificat: deinde vino & aqua abluuit pollices & indices super Calicem, quos abstergit purificatorio, interim dicens, *Corpus tuum Domine quod sumpsi &c.* Ablutionem sumit, & extergit os & Calicem purificatorio: quo factò, purificatorium extendit super Calicem, & desuper Patenam, ac super Patena parvam pallam, & plicato Corporali, quod reponit in Bursam, cooperit Calicem velo, & Bursam desuper ponit, & collocat in medio Altaris, ut in principio Missæ.

6. Si qui sunt communicandi in Missa, Sacerdos post sumptionem Sanguinis antequam se purificet, facta genu flexione ponat particulas consecratas in pyxide, vel, si pauci sint communicandi, super Patenam, nisi à principio positæ fuerint in pyxide, seu alio calice. Interim minister ante eos extēdit linteū, seu velū albū, & pro eis facit Confessionem, dicens, *Confiteor Deo &c.* Tum Sacerdos

ite

iterum genuflectit, & manibus iunctis
 vertens se ad populum in cornu Evan-
 gelii dicit, *Miscreatur vestri, & Indulgen-
 tiam, absolutionem & remissionem peccatorum
 vestrorum &c.* & manu dextra facit sig-
 num Crucis super eos. Postea genu-
 flectens, accipit manu sinistra pyxidem
 seu Patenam cum Sacramento, dextra
 verò sumit unam particulam, quam in-
 ter pollicem & indicem tenet aliquan-
 tum elevatam super pyxidem seu Pate-
 nam, & conversus ad communicandos
 in medio Altaris dicit: *Ecce Agnus Dei,
 ecce qui tollit peccata mundi.* Deinde di-
 cit: *Domine non sum dignus, ut intres sub-
 rectum meum, sed tantum dic verbo, & sana-
 bitur anima mea &c.* Quibus verbis ter-
 tiò repetitis, accedit ad eorum dexte-
 ram, hoc est ad latus Epistolæ, & uni-
 cuique porrigit Sacramentum, faciens
 cum eo signum Crucis super pyxidem,
 vel Patenam, & simul dicens: *Corpus
 Domini nostri IESV Christi custodiat animam
 tuam in vitam aeternam, Amen.* Omnibus
 communicatis revertitur ad Altare, ni-
 hil dicens: & non dat eis benedictio-
 nem, quia illam daturus est in fine *Mis-
 se.* Si particulæ positæ erant super Cor-
 poræ

porale, extergit illud cum Patena, & si
 qua in eo fuerint fragmenta, in Calicem
 immitrit. Deinde dicit secretò, *Quod
 ore sumpsimus Domine &c.* & se purificat,
 dicens: *Corpus tuum Domine quod sumpsi,*
 & alia facit ut supra. Minister autem
 dextra manu tenens vas cum vino & a-
 qua, sinistra verò post Sacerdotem ei
 porrigit purificationem, & mappulam
 ad os abstergendum.

7. Si in Altari remaneant particulae in
 Calice, seu in alio Vase usque ad finem
 Missae, seruentur ea, quae in feria quinta
 Coenae Domini praescribuntur circa fi-
 nem Missae.

8. In Missa solemni Diaconus stans retro post
 Celebrantem, cum in Oratione Dominica di-
 citur. Et dimitte nobis debita nostra,
 facta ibidem gessione vadit ad dextram Ce-
 lebrantis, & Subdiaconus circa finem Oratio-
 nis Dominicae, facta item genu flexione reuer-
 titur ad Altare, & stans in cornu Epistole por-
 rigit Patenam Diacono, qui eam discooperit, &
 purificatorio abstergens dat Celebranti, illius
 manum osculando, & quando opus est, discoope-
 rit, & cooperit Calicem, & cum Celebrante
 adorat, Subdiaconus reddita Patena, & de-
 posito velo, quod ab humeris eius pendeat, ge-
 nuste-

nuflectit, & descendit retro post celebrantem, & cum dicitur. Pax Domini, iterum genuflectens, accedit ad sinistram Celebrantis, & simul dicitur, Agnus Dei: Deinde facta ibidem Sacramento genuflexione, redit post Celebrantem. Diaconus verò à dextris genuflexus expectat pacem: & cum Celebrans osculatur Altare, ipse se erigens simul osculatur illud extra Corporale, & à Celebrante dicente, Pax tecum, complexus accipit Pacem, sinistris genis sibi invicem appropinquantibus, & ei respondet, Et cum spiritu tuo. Postea iterum Sacramento in Altari adorato, vertit se ad Subdiaconum retrò post Celebrantem, & similiter dat ei pacem. Subdiaconus accepta pace à Diacono, & facta Altari genuflexione, comitatus ab Acolycho vadit ad Chorum, & dat pacem primo cuiusque ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis, & reversus ad Altare, facta genuflexione dat pacem Acolycho qui ipsum comitatus fuerat, qui & alijs Acolythis circa Altare dat pacem: deinde Subdiaconus vadit ad dextram Celebrantis, & quando opus est, discooperit Calicem, accipit ampullam vini, & infundit, quando Celebrans vult purificare, Diaconus post datam pacem Subdiacono, vadit ad librum, & dum Celebrans se communicat, stant ipse & Subdiacono-

diaco-

diaconus profundè inclinatus versus Altare.

9. In Missa Pontificali, Assistens accipit & defert pacem, ut in Pontificali habetur. Si in Missa solemni fiat Communio, omnia serventur ut supra, sed prius communicet Diaconum & Subdiaconum, deinde alios per ordinem: & Diaconus purificationem ministret: Interim à Choro cantatur Antiphona, quæ dicitur Communio.

ANNOTATIONES.

§. 1. Signans se patena, eam ne ponat super caput vel oculos.

§. 2. Post Consecrationem non percutiat se duobus digitis iunctis, quibus sacram Hostiam tetigit, sed tribus reliquis tantum extensis.

§. 3. In Missa privata non dicat *Pax tecum*, nisi per osculum Instrumenti danda fit pax.

Dans osculum pacis ministro, versus eum non producat crucem.

§. 4. Dicens *Domine non sum dignus* &c. Non addat, *Iesu Christe*; Cubitum sinistrum non imponat Altari: Non levet hostiam in altum, nec ad latus, ut a populo videatur; non genuflectat, nec ullo modo pedem incuruet, neque contorqueat corpus, sed paululum inclinatus, stans

Stans reliquo corpore erectus tenens hostiam demissam tribus posterioribus digitis sinistrae manus sub patena, in medio Altaris inter Calicem & pectus depositis.

Dicto tertio, *Domine non sum Dignus &c.* non dicat: *In manus tuas &c.*

In sumptione tam sacrae Hostiae, quam Sanguinis caveat, ne pedem incurvet quovis modo: Neque cymbalum pulsari permittat.

§. 5. Discooperto Calice statim genuflectat, postea (non prius) colligat fragmenta, & omnia alia reverentia sumat.

Abstergat patenam pulpa indicis non omnino remoto pollice, sed in primo articulo ipsius indicis posito; Vel si malit pulpam pollicis abstergere, ponat extremitatem indicis in primo articulo eiusdem pollicis.

Si fragmentum aliquod firmius adharet digito, abstergat digitum illum in labio Calicis unde sumpturus est, non alibi.

Si quibus intra Missam porrigenda esset sacra Communio, statim sumpto pretioso sanguine, curet sibi infundi purificationem, quam tamen tunc non, sed post alios communicatos sumet.

Dum dicit: *Quod ore sumpsimus &c.* ne teneat utraque manu Calicem elevatum, ac si eum denuo offerre vellet, sed statim Ministro ad infundendum porrigat.

Infuso vino pro purificatione,volvendo Calicem, eas partes vino abluat, quas sanctus Sanguis attingit.

Post

Post communionem non dicat: *O sacrum convivium* : neque *Benedic anima mea* &c. neque, *Nunc dimittis* &c. nec quicquam aliud ad Missam non pertinens

Infusa ablutione non lambat digitos, neq; ijs madidis oculos sibi abstergat &c.

DE COMMUNIONE, ET
Orationibus post Communionem.

XI:

II. Celebrante purificato, dum Calicem collocat in Altari, liber Missalis defertur per ministrum ad cornu Epistolæ, & collocatur ut in Introitu. Ipse autem Minister genuflectit iuxta cornu Evangelii, ut in principio Missæ. Deinde Celebrans stans iunctis manibus, legit Antiphonam, quæ dicitur *Communionio* : qua lecta, iunctis item manibus ante pectus vadit ad medium Altaris, & eo osculato, vertit se ad populum à manu sinistra ad dexteram, & dicit *Dominus vobiscum*, & per eandem viam redit ad librum, dicit *Orationes post Communionem*, eisdem modo, numero, & ordine, ut supra dictæ sunt Collectæ. Quibus

bus finitis, laudit librum, & iungens manus ante pectus, revertitur ad mediū Altaris, ubi eo osculato vertit se ad populum, & dicit ut suprā, *Dominus vobiscum*. Quo dicto, stans iunctis manibus ante pectus versus populum, dicit, si dicendum est, *Ite Missa est*, & per eandem viam revertitur ad Altare. Si verò non sit dicendum, dicto *Dominus vobiscum*: revertitur eodem modo per eandem ad medium Altaris, ubi stans versus illud, iunctis ante pectus manibus dicit, *Benedicamus Domino*. In missis autem Defunctorum eodem modo stans versus Altare dicit, *Requiescant in pace*.

2. In Quadragesima autem à feria quarta Cinerum usque ad feriam quartam maioris Hebdomadæ, in feriali Officio postquam Celebrans dicit Orationes post Communionem cum suis solitis Conclusionibus, antequam dicat, *Dominus vobiscum*, stans in eodem loco ante librum dicit. *Oremus, Humiliate capita vestra Deo*, caput inclinans, & extensis manibus subiungit eadem voce, *Orationem super populum*, ibidem positam: qua finita osculatur Altare, & vertens se ad populum dicit, *Dominus vobiscum*, & alia ut suprā.

3. In

3. In Missa solemni Diaconus defert librum Missalis ad cornu Epistole, deinde vadit retrò post Celebrantem: Subdiaconus verò vadit ad cornu Evangelij, ubi Calicem mundat, aptat cum Purificatorio, Patena & Palla cooperit, plicat Corporale, reponit in Bursam, & illam ponit super Calicem coopertum velo, quem collocat in Altari, vel super Credentia ut prius: postea redit ad locum suum retrò post Diaconum, qui cum dicit, Ite Missa est, cum Celebrante vertit se ad populum: & in Quadragesima dicto per Celebrantem Oremus: Diaconus in cornu Epistole vertens se ad populum, iunctis manibus dicit, ut suprà, Humiliate &c. quo dicto vertit se versus Altare à tergo Celebrantis, & Celebrans dicit Orationem super populum.

DE BENEDICTIONE IN
fine Missa, & Evangelio sancti
Ioannis.

XII.

i. Dicto, Ite Missa est, vel Benedicamus Domino, ut suprà, Celebrans ante mediū Altaris stans iunctis manibus super eo,
& ca.

& capite inclinato dicit secretò, *Placere tibi sancta Trinitas* &c quo dicto, extensis manibus hinc inde super Altare positis, ipsum in medio osculatur: tum erigens se, adhuc stans versus illud, elevat ad cœlum oculos & manus, quas extendit, & iungit, caputq; Cruci inclinans, dicit voce intelligibili. *Benedicat vos omnipotens Deus*, & iunctis manibus, ac demissis ad terram oculis, vertens se ad populum à sinistro latere ad dextrum, extensa manu dextra, iunctisque digitis, & manu sinistra infra pectus posita, semel benedicit populo, dicens, *Pater, & Filius, & Spiritus sanctus*, R. *Amen.* & circulum perficiens, revertitur ad cornu Evangelii, ubi dicto, *Dominus vobiscum*, & R. *Et cum spiritu tuo*, pollice dextro signans primum signo Crucis Altare, seu librum in principio Evangelii, deinde frontem, os, & pectus, dicit, *Initium sancti Evangelij secundum Ioannem*, vel *Sequentia sancti Evangelij*, ut dictum est in Rubricis generalibus, & R. *Gloria tibi Domine*, iunctis manibus legit Evangelium, *In principio*, vel aliud ut convenit. Cum dicit, *Et verbum caro factum est*, genuflectit versus cornu

Evan-

Evangelii , & surgens prosequitur ut prius : quo finito, Minister stans à parte Epistolæ respondet. *Deo gratias.*

2. Si Celebrans in Altari vertit faciem ad populum, non vertit se, sed stans ut erat, benedicit populo ut supra in medio Altaris : deinde accedit ad cornu Evangelii, & dicit Evangelium S. Iohannis.

3. Si celebravit coram summo Pontifice, Cardinale, & Legato Sedis Apostolicæ, vel Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo in provincia, civitate, vel diœcesi sua existente, Celebrans dicto, *Placeat tibi sancta Trinitas &c.* dicit, *Benedicat vos omnipotens Deus*, & convertens se ad summum Pontificem genuflexus, ad Cardinalem verò & Legatum, vel alium ex supra dictis Prælati, capite inclinato quasi licentiam benedicendi petens prosequitur, *Pater, & Filius* ✠ *& Spiritus sanctus*, benedicens adstantes à parte ubi non adest Pontifex, Cardinalis, Legatus, aut Prælati prædicti. Si celebravit coram Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo extra eorum provinciam, civitatem vel diœcesim constitutis, eis absque alio respectu, ut cæ-

G teris

teris qui interfunt, more consueto benedicat.

4. Si autem celebravit pro Defunctis, dicto *Placeat tibi sancta Trinitas*, ut supra, & osculato Altari accedit ad cornu Evangelii, & dicit Evangelium S. Iohannis, prætermissa benedictione, quæ in Missis Defunctorum non datur.

5. Finito Evangelio in fine Missæ, si celebravit coram summo Pontifice, Cardinale & Legato Sedis Apostolicæ, vel Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo, convertit se ad illum, coram quo ex prædictis celebravit, & facit reverentiam convenientem. Si non celebravit coram aliquo prædictorum, huiusmodi reverentiam prætermittit.

6. Quibus omnibus absolutis extinguuntur per Ministrum candelæ: interim Sacerdos cooperto capite accipit sinistra Calicem, dextram ponens supra bursam, ne aliquid cadat, descendit ante infimum gradum Altaris, & ibi in medio vertens se ad illud, caput inclinat, (vel, si in eo est tabernaculum sanctissimi Sacramenti, genuflectit operto adhuc capite) & facta reverentia, præcedente ministro, eo modo quo venerat,

rat,

rat, redit ad Sacristiam, interim dicens Antiphonam, *Triumpuerorum*, vel canticum *Benedicite*. Si verò sit dimissurus paramenta apud Altare ubi celebravit, finito Evangelio prædicto, ibidem illis se exiit, & dicit Antiphonam *Triumpuerorum*, cum cantico & aliis Orationibus, ut suo loco ponuntur.

7. In Missa solenni Celebrans eadem voce & modo, quo in Missis privatis, semel tantum benedicit populo, nisi sit Episcopus: & dicto Evangelio secundum Ioannem, vel alio ut supra, ministrante Subiacono librum, si opus est, discedit cum ministris ordine & modo, quo venerat.

Episcopus autem ter benedicit populo, etiam in Missis privatis, ut in Pontificali & Ceremoniali habetur.

ANNOTATIONES.

Benedicturus populo non severtat, priusquam dixerit, *Benedicat vos omnipotens Deus, & Cruci reverentiam fecerit.*

Ad verba. *Et verbum caro factum est*, caveat ne versus Crucem vel sanctissimum Sacramentum genuflectat, sed versus cornu Evangelij.

Cum in presentia Prælati &c. celebravit benedicturus populo, inclinatur se versus eundem Prælatum, non quidem prius, sed postquam supradictam reverentiam Cruci fecerit, & iam versus populum steterit.

Si in Altari celebravit, in quo non est positum Venerabile Sacramentum, caput tegat superius in Altari, antequam accipiat Calicem.

Celebrans non Episcopus caveat à trina benedictione.

Aspergens aspergendo non faciat reverentiam propter honorem rei sacræ quam administrat tum etiam, quia vice versa convenit, aspergendum se reverenter habere atque humilitate erga aspergentem, cum aspergi subiectionem quandam, aspergere verò superioritatem præferat. Hinc est quod Officiarius sive Celebrans, Prælatum, puta Episcopum in propria residentia &c. aspergere non possit, sed eidem Aspersorium cum osculo eiusdem Aspersorii, nec non manus Prælati porrigere teneatur, ut supra tit.

De ingressu Sacerd. ad Alt. §. I.
in Annot.

DE HIS QUÆ OMIT-
tuntur in Missa pro Defun-
ctis.

XIII:

1. In Missa pro Defunctis ante Con-
fessionem non dicitur Psalmus, *Iudica
me Deus*: sed pronunciata Antiphona,
Introibo ad Altare Dei, & responso à Mi-
nistro, *Ad Deum qui latificat* &c. dici-
tur Vers. *Adiutorium nostrum*, & Con-
fessio, cum reliquis ut supra. Cum
Celebrans ad Altare incipit *Introitum*,
non signat se, sed manu dextra extensa,
facit signum Crucis super librum, quasi
aliquem benedicens. Non dicitur *Gloria
Patri*, sed post Psalmum repetitur, *Re-
quiem aeternam*, nec dicitur, *Gloria in ex-
celsis*, nec *Alleluia*, nec *Iube Domine benedi-
cere*, nec *Dominus sit in corde meo*: nec
osculatur librum in fine. Non dicitur
Credo, non benedicatur aqua in Cali-
cem fundenda, dicitur tamen Oratio,
Deus qui humana substantia &c. Cum la-

vat manus in fine Psalmi, *Lavabo inter
 innocentes*, non dicitur *Gloria Patri*. Ad
Agnus Dei, non dicitur *miserere nobis*, cu-
 ius loco dicitur, *dona eis requiem*, nec
 tertio, *dona nobis pacem*, cuius loco dici-
 tur, *dona eis requiem sempiternam*; neque
 percutit pectus. Non dicitur prima
 Oratio ante Communionem, scilicet
Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis
&c. nec datur pax. In fine non dicitur,
Ite Missa est, nec *Benedicamus Domino*, sed
Requiescant in pace. Et non datur benedi-
 ctio: sed dicto *Placeat*, & osculato Al-
 tari, dicitur ut supra, *In principio erat*
verbum &c. Alia omnia ut in aliis Missis.

2. In Missa solenni non incensatur Altare
 ad Introitum, & Subdiaconus finita Epistola
 non osculatur manum Celebrantis, nec benedi-
 citur: Diaconus non petit benedictionem,
 nec osculatur Celebrantis manum, non tenen-
 tur luminaria ad Evangelium, nec portatur
 incensum: sed duo tantum Acolythi sine can-
 delabris, stant unus à dextris, & alter à sini-
 stris Subdiaconi tenentis librum Evangeliorum.
 Non incensatur liber, nec in fine Celebrans:
 nec defertur liber Evangeliorum osculandus.
 Oblata & Altare incensantur ut supra: incen-
 santur solus Celebrans, & non incensantur

alijs.

alij. Subdiaconus non tenet Patenam post Celebrantem : sed tempore elevationis Sacramenti genuflexus in cornu Epistola illud incensat. Ministri cum aliquid porrigunt Celebranti, in hac Missa non osculantur eius manum, neque rem quam porrigunt.

3. Si distribuenda sunt candelæ distribuuntur post Epistolam, & accendantur ad Evangelium, ad elevationem Sacramenti, & post Missam, dum fit absolutio. Si habendus est sermo, habeatur finita Missa, ante Absolutionem.

4. Finita Missa, si facienda est Absolutio, Celebrans retrahit se ad cornu Epistola, ubi exiit Casula, & deposito Manipulo accipit Pluviale nigrum. Subdiaconus medius inter duos Acolythos cum candelabris accensis deferre Crucem, sicut in Processionibus precedentibus duobus alijs Acolythis, uno cum thuribulo & navicula incensi, alio cum vase aquæ benedictæ & aspersorio: Sequitur Celebrans, facta prius Altari reverentia, & Diaconus à sinistris eius. Subdiaconus cum Cruce sistit se ad pedes tumuli seu lecticæ mortuorum contra Altare, medius inter dictos Acolythos tenentes luminaria: Celebrans verò ex alia parte in capite loci inter Altare, & tumulum, aliquantum versus cornu Epistola, ita ut crucem Subdiaconi respiciat:

*citat : à sinistris eius Diaconus, & prope eum
 alij duo Acolyti deferentes thuribulum, &
 vas aqua benedicta. Interim cantatur R.
 Libera me Domine, & circa illius finem
 Celebrans ponit incensum in thuribulum, be-
 nedicens illud more solito, ministrante Dia-
 cono naviculam : & finito Kyrie eleison,
 incipit intelligibili voce, Pater noster, &
 secreto proseguendo reliqua, accipit aspersorium
 de manu Diaconi, & facta Altari reverentia,
 comitante eodem Diacono à dextris, & tenen-
 te fimbriam anteriorem Pluvialis, circuiens
 tumulum, aspergit illum aqua benedicta, ter à
 parte dextra, & ter à sinistra, cum transit
 ante Crucem, profundè inclinatur, Diaconus
 verò genui et t : postea de manu eiusdem
 Diaconi accipit thuribulum, & eodem modo
 quo aspererat, incensat. Et rediens ad pristi-
 num locum, Diacono tenente librum, iunctis
 manibus dicit:*

Verf. Et ne nos inducas in tentationem.

Resp. Sed libera nos à malo.

Verf. A porta inferi.

Resp. Erue Domine animam eius.

Verf. Requiescat in pace.

Resp. Amen.

Verf. Domine exaudi orationem meam.

R. Et

Resp. *Et clamor meus ad te veniat.*

Vers. *Dominus vobiscum.*

Resp. *Et cum spiritu tuo.*

Oremus.

Absolve, quaesumus Domine, animam Famili tui N. ab omni vinculo delictorū: ut in resurrectionis gloria, inter sanctos & electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Deinde Celebrans faciens Crucem manu dextra super tumulum, dicit:

Vers. *Requiem aeternam dona eis Domine.*

Resp. *Et lux perpetua luceat ei.*

Et dicto per Cantores, *Requiescant in pace.*

Et Resp. Amen. præcedente Cruce redit cum alijs ad Sacristiam.

Si officium sit pro pluribus defunctis omnia dicantur in numero plurali.

DE DEFECTIBVS IN
celebratione Missarum occurren-
tibus.

I.

Sacerdos celebraturus, omnem adhibeat diligentiam, ne desit aliquid ex requisitis ad Sacramentum Eucharistiæ conficiendum. Potest autem defectus contingere ex parte materiæ consecrandæ, & ex parte formæ adhibendæ, & ex parte ministri conficientis. Quidquid enim horum deficit, scilicet materia debita, forma, cum intentione, & ordo Sacerdotalis in conficiente, non conficitur Sacramentum. Et his existentibus, quibuscunque aliis deficientibus, veritas adest Sacramenti. Alii verò sunt defectus, qui in Missæ celebratione occurrentes, etsi veritatem Sacramenti non impediunt, possunt tamen aut cum peccato, aut cum scandalo contingere.

DE

DE DEFECTIBVS
Materia.

II.

Defectus ex parte materiae possunt contingere, si aliquid desit ex iis, quae ad ipsam requiruntur. Requiritur enim ut sit panis triticeus, & vinum de vite: & ut huiusmodi materia consecranda, in actu consecrationis sit coram sacerdote.

DE DEFECTV
Panis.

III.

1. Si panis non sit triticeus, vel si triticeus, admixtus sit granis alterius generis in tanta quantitate, ut non maneat Panis triticeus, vel sit alioqui corruptus, non conficitur Sacramentum.
2. Si sit confectus de aqua rosacea, vel alterius distillationis, dubium est an conficiatur.
3. Si coeperit corrumpi, sed non sit corruptus; similiter si non sit azymus, seu

cundum morem Ecclesiæ Latinæ conficitur, sed conficiens, graviter peccat.

4. Si Celebrans ante Consecrationem adverterit Hostiam esse corruptam, aut non esse triticeam, remota illa Hostia aliam ponat, & facta oblatione, saltem mente concepta, prosequatur ab eo loco, ubi desivit.

5. Si id adverterit post Consecrationem, etiam post illius Hostiæ summptionem, posita alia, faciat oblationem, ut supra, & à consecratione incipiat, scilicet ab illis verbis, *Qui pridie, quàm pateretur*, & illam priorem si non sumpsit, sumat post summptionem Corporis & Sanguinis, vel alii sumendam tradat, vel alicubi reverenter conservet. Si autem sumpserat, nihilominus sumat eam, quam consecravit: quia præceptum de perfectione Sacramenti maioris est ponderis, quàm quod à ieiunis sumatur.

7. Quòd si hoc contingat post summptionem Sanguinis, apponi debet rursus novus panis, & vinum cum aqua, & facta prius oblatione, ut supra, Sacerdos consecret, incipiendo ab illis verbis, *Qui pridie*, ac statim sumat utrumque,
& pro-

& prosequatur Missam : ne Sacramentum remaneat imperfectum, & ut debitus servetur ordo.

7. Si hostia consecrata disperat, vel casu aliquo, ut vento aut miraculo, vel ab aliquo animali accepta, & nequeat reperiri; tunc altera consecretur, ab eo loco incipiendo, *Qui pridie, quàm pateretur*, facta eius prius oblatione, ut supra.

[DE DEFECTU VINI,

IV.

1. Si vinum sit factum penitus acetum, vel penitus purridum, vel de uvis acerbis seu non maturis expressum, vel ei admixtum tantum aquæ, ut vinum sit corruptum; non conficitur Sacramentum.

2. Si vinum cœperit acescere, vel fuerit aliquantum acre, vel mustum de uvis tunc expressum, vel non fuerit admixta aqua, aut rosacea, seu alterius distillationis; conficitur Sacramentum, sed cōficiens graviter peccat.

3. Si Celebrans ante Consecrationem Sanguinis, quamvis post Consecrationē

G 7

Cor.

Corporis, advertat aut vinum, aut aquam, aut utrumque non esse in Calice, debet statim apponere vinum cum aqua, & facta oblatione ut supra, consecrare, incipiendo ab illis verbis, *Simili modo &c.*

4. Si post verba consecrationis advertat vinum non fuisse positum, sed aquam; deposita aqua in aliquod vas, iterum vinum cum aqua ponat in Calice, & consecret, resumendo à verbis prædictis, *Simili modo.*

5. Si hoc advertat post sumptionem corporis, vel huiusmodi aquæ; apponat aliam Hostiam iterum consecrandam, & vinum cum aqua in Calice, offerat utramque, & consecret, & sumat, quamvis non sit jeiunus. Vel, si Missa celebretur in loco publico, ubi plures adsint, ad evitandum scandalum, poterit apponere vinum cum aqua, & facta oblatione, ut supra, consecrare, ac statim sumere, & proseguere cætera.

6. Si quis percipiat ante consecrationem, totum vinum esse acerum, vel aliàs corruptum, idem servetur quod supra, ac si deprehenderet non esse positum

sum

fitum vinum , vel solum aquam fuisse appositam in Calice.

7. Si autem Celebrans ante consecrationem Calicis , advertat non fuisse appositam aquam , statim ponat eam , & & proferat verba consecrationis. Si id advertat post consecrationem Calicis , nullo modo apponat , quia non est de necessitate Sacramenti.

8. Si materia quæ esset apponenda , ratione defectus vel panis vel vini , non posset ullo modo haberi ; si id fit ante consecrationem Corporis , ulterius procedi non debet : si post consecrationem Corporis aut etiam vini deprehenditur defectus alterius speciei , altera jam consecrata : tunc si nullo modo haberi possit , procedendum erit , & Missa absolvenda , ita tamen ut prætermittantur verba , & signa quæ pertinent ad speciem deficientem. Quod si expectando aliquamdiu haberi possit , expectandum erit , ne sacrificium

remaneat imperfe-
ctum,

DE DEFECTIBVS
forma.

V.

1. Defectus ex parte formæ possunt contingere, si aliquid desit ex ijs, quæ ad integritatem verborum in ipsa consecratione requiruntur. Verba autem consecrationis, quæ sunt forma huius Sacramenti, sunt hæc: *Hoc est enim Corpus meum, Et, Hic est enim Calix sanguinis mei, novi & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Si quis autem aliquid diminueret, vel immutaret de forma consecrationis Corporis & Sanguinis, & in ipsa verborum immutatione verba idem non significarent, non conficeret Sacramentum. Si verò aliquid adderet, quod significationem non mutaret, conficeret quidem, sed gravissimè peccaret.

2. Si Celebrans non recordetur, se dixisse ea, quæ in consecratione communiter dicuntur, non debet propterea turbari. Si tamen certo ei constet, se

omi-

omississe aliquid eorum, quæ sunt de necessitate Sacramenti, id est, formam consecrationis, seu partem, resumat ipsam formam, & cætera prosequatur per ordinem. Si verò valde probabiliter dubitat, se aliquid essentialiter omis-
 sisse, iteret formam saltem sub tacita conditione. Si autem non sunt de necessitate Sacramenti, non resumat, sed procedat ulterius.

DE DEFECTIBVS

Ministri.

VI.

Defectus ex parte Ministri possunt contingere quoad ea, quæ in ipso requiruntur. Hæc autem sunt: Inprimis intentio, deinde dispositio animæ, dispositio corporalis, dispositio vestimentorum, dispositio in ministerio ipso, quoad ea, quæ in ipso possunt occurrere.

DE

DE DEFECTU INTENTIONIS.

VII.

1. Si quis non intendit conficere, sed delusoriè aliquid agere. Item si aliqua Hostiæ ex oblivione remaneant in Altari, vel aliqua pars vini, vel aliqua Hostia lateat, cum non intendat consecrare, nisi quas videt. Item si quis habeat coram se undecim hostias, & intendat consecrare solùm decem, non determinans quas decem intendit: in his casibus non consecrat, quia requiritur intentio. Secus si putans quidem esse decem, tamen omnes voluit consecrare, quas coram se habebat: nam tunc omnes erunt consecratæ: atque ideo quilibet Sacerdos talem semper intentionem habere deberet, scilicet consecrandi eas omnes, quas ante se ad consecrandum positas habet.

2. Si Sacerdos putans se tenere unam Hostiam, post Consecrationem invenerit fuisse duas simul iunctas, in sumptione sumat simul utramque. Quod si depre-

depre-

deprehendat, post sumptionem Corporis & Sanguinis, aut etiam aliquas reliquias consecratas, eas sumat, siue parvæ sint, siue magnæ, quia ad idem sacrificium spectant.

3. Si verò relieta sit Hostia integra consecrata, eam in tabernaculo cum aliis reponat: si hoc fieri nequit, sequenti Sacerdoti ibi celebraturo, in Altari suprâ Corporale decenter operam, sumendam unâ cum altera, quam est consecraturus, relinquat: vel si neutrum horum fieri possit, in ipso Calice seu Patena decenter conservet, quousque vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero sumatur: quod si non habeat, quomodo honestè conservetur, potest eam ipse mer sumerè.

4. Si intentio non sit actualis in ipsa consecratione propter evagationem mentis, sed virtualis, cum accedens ad Altare intendat facere, quod facit Ecclesia, conficitur Sacramentum, et si curare debet Sacerdos, ut etiam actualem intentionem adhibeat.

DE

DE DEFECTIBVS DIS-
positionis anima.

VIII.

1. Si quis suspensus, excommuni-
catus, degradatus, irregularis, vel
aliàs Canonicè impeditus, celebret: cõ-
ficit quidem Sacramentum, sed gravif-
simè peccat, tam propter communio-
nem quam indignè sumit, quàm prop-
ter executionem Ordinum, quæ sibi
erat interdicta.
2. Si quis habens copiam Confessoris
celebret in peccato mortali, graviter
peccat.
3. Si quis autem in casu necessitatis
non habens copiam Confessoris, in pec-
cato mortali absque contritione cele-
bret, graviter peccat. Secus si conte-
ratur: debet tamen cum primùm po-
terit, confiteri.
4. Si in ipsa celebratione Missæ Sacer-
dos recordetur se esse in peccato mor-
tali, conteratur cum proposito confi-
tendi, & satisfaciendi.
5. Si recordetur se esse excommuni-
catum

catum, vel suspensum: similiter con-
teratur cum proposito petendi absolu-
tionem. Ante consecrationem autem
in supradictis casibus, si non timeretur
scandalum, debet Missam inceptam de-
serere.

DE DEFECTIBVS DIS-
positionis Corporis.

IX.

1. Si quis non est ieiunus post mediam
noctem, etiam post sumptionem solius
aquæ, vel alterius potus, aut cibi, per
modum etiam medicinæ, & in quan-
tumcunque parva quantitate, non po-
test communicare, nec celebrare.

2. Si autem ante mediam noctem ci-
bum aut potum sumpserit, etiam si
postmodum non dormierit, nec sit di-
gestus, non peccat; sed ob perturba-
tionem mentis, ex qua devotio tollitur,
consulitur aliquando abstinendum.

3. Si reliquæ cibi remanentes, in ore
transglutiantur, non impediunt com-
munionem, cum non transglutiantur
per modum cibi, sed per modum sali-

vz.

livæ. Idem dicendum, si lavando os, deglutiatur stilla aquæ præter intentionem.

4. Si plures Missas in una die celebret, ut in Nativitate Domini, in unaquaque Missa abluat digitos in aliquo vase mundo, & in ultima tantum percipiat purificationem.

5. Si præcesserit pollutio nocturna, quæ causata fuerit ex præcedenti cogitatione, quæ sit peccatum mortale, vel evenerit propter nimiam crapulam, abstinendum est à communione & celebratione, nisi aliud Confessario videatur. Si dubium est, an in præcedenti cogitatione fuerit peccatum mortale, consulitur abstinendum, extra tamen casum necessitatis. Si autem certum est, non fuisse in illa cogitatione peccatum mortale, vel nullam fuisse cogitationem, sed evenisse ex naturali causa, aut ex diabolica illusionem, potest communicare & celebrare; nisi ex illa corporis commotione tanta evenerit perturbatio mentis, ut abstinendum videatur.

* * *

DE

DE DEFECTIBVS IN
 Ministerio ipso occurrensi-
 bus.

X.

1. Possunt etiam defectus occurrere in Ministerio ipso, si aliquid ex requisitis ad illud desit: ut si celebretur in loco non sacro, vel non deputato ab Episcopo, vel in Altari non consecrato, vel tribus mappis non cooperto: si non adsint luminaria cerea: si non sit tempus debitorum celebrandi, quod est ab aurora usque ad meridiem, communiter: si Celebrans saltem Matutinum cum Laudibus non dixerit: si omittat aliquid ex vestibus sacerdotalibus: si vestes sacerdotales & mappæ non sint ab Episcopo, vel ab alio hanc habente potestatem benedictæ: si non adsit Clericus, vel alius deserviens in Missa, vel adsit qui deservire non debet, ut mulier: si non adsit Calix cum Patena conveniens, cuius cuppa debet esse aurea, vel argentea, vel stannea; non ærea, vel vitrea: si corporalia non sint munda, quæ debent ex lino, nec serico in medio ornata,

ornata, & ab Episcopo, vel ab alio hanc habente potestatem benedicta, ut etiã superius dictum est: si celebrat capite cooperto sine dispensatione: si non adsit Missale, licet memoriter sciret Missam, quam intendit dicere.

2. Si Sacerdote celebrante violetur Ecclesia ante Canonem, dimittatur Missa: si post Canonem, non dimittatur. Si timeatur incursus hostium, vel alluvionis, vel ruina loci ubi celebratur, ante consecrationem dimittatur Missa, post consecrationem verò Sacerdos accelerare poterit sumptionem Sacramenti, omiſſis omnibus aliis.

3. Si Sacerdos ante Consecrationem graviter infirmetur, vel in sincopen incidit, aut moriatur, prætermittitur Missa: si post Consecrationem Corporis tantum, ante consecrationem Sanguinis, vel utroque consecrato id accidit, Missa per alium Sacerdotem expleatur ab eo loco, ubi ille desit, & in casu necessitatis etiam per non ieiunum: Si autem non obierit, sed fuerit infirmus, ad eò tamen ut possit communicare, & non adsit alia Hostia consecrata, Sacerdos qui Missam supplet, dividat

dat

dat Hostiam, & unam partem præbeat infirmo, aliam ipse sumat. Si autem semiprolata forma Corporis obijt Sacerdos, quia non est facta consecratio, non est necesse, ut Missa per alium suppleatur: Si verò obeierit semiprolata forma Sanguinis, tunc alter prosequatur Missam: & super eundem Calicem repetat integram formam ab eo loco, *Simili modo postquam cœnatum est*: vel posset super alium Calicem præparatum integrâ formam proferre, & Hostiam primi Sacerdotis & Sanguinem à se consecratum sumere, ac deinde Calicem relictum semiconsecratum.

4. Si quis extra huiusmodi casus necessitatis, integra Sacramenta non sumperit; gravissimè peccat.

5. Si musca, vel aranea, vel aliquid aliud ceciderit in Calicem, ante consecrationem, projiciat vinum in locum decentem, & aliud ponat in in Calice, misceat parum aquæ, offerat ut supra, & prosequatur Missam: si post consecrationem ceciderit musca aut aliquid eiusmodi, & fiat nausea Sacerdoti, extrahat eam, & laver cum vino, finita Missa cõburat, & combustio ac lotio huiusmodi

H

in

in sacrarium proijciatur. Si autem non fuerit ei nausea, nec ullum periculum timeat, sumat cum sanguine.

6. Si aliquod venenosum ceciderit in Calicem, vel quod provocaret vomitū, vinum consecratum reponendum est in alio Calice, & aliud vinum cum aqua apponendum, de uero consecrandum: & finita Missa sanguis repositus in panno lineo, vel stuppa tam diu seruetur, donec species vini fuerit desiccata, & tunc stuppa comburatur, & combustio in sacrarium proijciatur.

7. Si aliquod venenatum contigerit Hostiā consecratam, tunc alteram consecret, & sumat modo quo dictum est, & illa seruetur in tabernaculo loco separato, donec species corrumpantur, & corruptæ deinde mittantur in sacrariū.

8. Si sumendo sanguinem, particula remanserit in Calice, digito ad labiū Calicis eam adducat, & sumat ante purificationem, vel infundat vinum & sumat.

9. Si Hostia ante Consecrationem inveniatur fracta, nisi populo evidenter appareat, talis Hostia consecretur: si autē scandalū populo esse possit, alia accipietur,

cur,

eur, & offeratur: quod si illius Hostiæ jam erat facta oblatio, eam post ablucio- nem sumat. Quod si ante oblationem Hostia appareat contrafacta, accipiatur altera integra, si citra scandalum aut longam moram fieri poterit.

10. Si propter frigus, vel negligentiam Hostia consecrata dilabatur in Calicem, propterea nihil est reiterandum, sed Sa- cerdos Missam profequatur, faciendo cæremonias & signa consueta cum resi- dua parte Hostiæ, quæ non est madesa- cta sanguine. si commodè potest. Si verò tota fuerit madesacta, non extrahat eam, sed omnia dicat omittendo signa, & su- mat pariter corpus & sanguinem, signas se cum Calice, & dicens: *Corpus & San- guis Domini nostri, &c.*

11. Si in hieme Sanguis congeletur in Calice, involvatur Calix pannis calefa- ctis: si id non proficeret, ponatur in fer- venti aqua propè Altare, dummodo in Calicem non intret, donec liquefiat.

12. Si per negligentiam aliquid de san- guine Christi ceciderit, si quidem super terram, seu super tabulam, lingua lamba- tur: & locus ipse radatur quantum satis est & abrasico comburatur; cinis verò in

sacrariū recondatur. Si verò super lapidem Altaris ceciderit, sorbeat Sacerdos stillam, & locus benè abluatur, & ablutio in sacrarium proijciatur. Si super lintheum Altaris, & ad aliud lintheum stilla pervenerit, si usque ad tertium: lintheamina ter abluantur ubi stilla ceciderit, Calice supposito, & aqua abluitionis in sacrarium proijciatur. Quod si in ipso solùm Corporali, aut si in vestibus ipsis sacerdotalibus ceciderit, debet similiter abluī, & ablutio in Sacrarium proijci. Si in substrato pedibus panno, vel tapeete, bene abluatur ut supra.

13. At, si contingat totum Sanguinem post Consecrationem effundi, si quidē aliquid vel parum remansit, illud sumatur, & effuso reliquo sanguine fiat, ut dictum est. Si verò nihil omninò remansit, ponat iterum vinum & aquam, & consecret ab eo loco. *Simili modo postquam conatum est, facta prius tamen Calicis oblatione, ut supra.*

14. Si Sacerdos evomat Eucharistiam, si species integræ appareant, reverenter sumatur, nisi nausea fiat: tunc enim species consecratæ cautè separentur, & in aliquo loco sacro reponantur, donec

ia

corrumpantur, & postea in sacrariū proijcian-
t. Quod si species non appareāt, comburatur vomirus, & Cineres in sacrarium mittantur.

15. Si Hostia consecrata, vel aliqua eius particula, dilabatur in terram, reverenter accipiat, & locus ubi cecidit, mundetur, & aliquantum abradatur, & pulvis seu abrasio huiusmodi in sacrariū immittatur. Si ceciderit extra Corporale in mappam, seu alio quovis modo in aliquod linteum, mappa vel linteum huiusmodi diligenter lavetur, & lotio ipsa in sacrarium effundatur.

16. Possunt etiam defectus in ministerio ipso occurrere, si Sacerdos ignoret ritus & cæremonias ipsas in eo servandas: de quibus omnibus in superioribus Rubricis copiosè, dictum est.



H 3

A P-



A P P E N D I X

*A D V E R T E N D A Q V Æ
dam circa Tabernaculum , Vasa sacra,
Corporalia , & Purificatoria , ne
non circa Eucharistiam ipsam ,
& eius mate-
riam.*

D E T A B E R N A C U L O S A N C T I S S I M I S A C R A - menti.

CLaves Tabernaculi , nulli unquam Laico , ac ne ipsi quidem Ædituo (ut multorum negligentia , qui illas quolibet loco proiectas reliquerunt , quasi pretiosissimus hic thesaurus , minori cura ac studio , quam aurum & margaritæ esset custodiendus , hætenus perperam factum est) credantur , unde nec in Sacristia relinquenda sunt , sed illarum , solus Rector seu Parochus , vel alius Sacerdos de illius
licet

licentia curam habeat, nec unquam per-
mittat, ab ullo, qui non est saltem Sub-
diaconus claudi & aperiri dictum Ta-
bernaculum.

Solum ipsius Tabernaculi stratum sit
Corporali mundo, & candido, sine quo
nunquam & nusquam Venerabile Sa-
cramentum, vel vasculum illud conti-
nens, deponi, vel collocari debet.

Vacuus etiam sit hic locus Sanctissi-
mus, à quibusvis Reliquijs, sacri olei
vasculis, alijsque rebus quibuscunque,
adeò ut ne Pyxis inanis, multò minus
quævis Monstrantia ibi ulla remaneat,
sed solum illud ipsum vas, in quo Vene-
rabile Sacramentum continetur, hoc
loco asservetur.

Quod si tamen nullus planè locus vel
in Sacristia, vel in templo, oleis sacris
asservandis aptus haberi possit (quem
tamen haberi ac fieri, maximè conveni-
ret) permittitur, ut Vasculum, in quo
dicta olea sacra continentur, intra Ta-
bernaculum, unà cum Venerabili Sacra-
mento, ad latus tamen, & iuxta, non su-
prà asserem seu tabulam illam Corpora-
li instratam, reponatur.

DE VASE OSTENSORIO VENERABILIS Sacramenti, vulgò Monstrantia.

In Monstrantia nunquam asservetur Venerabile Sacramentum, nisi per Octavam sacratissimi Corporis Christi, & cū Orationes decem vel quadraginta horarum, aut Missæ solemnes, cum Processionibus de eodem Venerabili Sacramēto, aut alia huiusmodi Officia coram eo habentur; tunc enim tantum Monstrantia reponi potest in Tabernaculo, unā cum Pyxide illa, in qua continuò asservatur sanctissimum Sacramentum. Finitis autem Octava, Orationibus, Missis, Processionibus & Officiis dictis, Hostia illa ostensoria statim deponatur in Pyxidem, vel Ciborium, vel Calicem benedictum, & à Sacerdote proximam Missam celebraturo, decenter consumatur.

Monstrantia dicta in nullum alium usum, adque adeò ne Reliquiarum quidem, quàm ad prædictum adhiberi debet, ne simpliciores visa Monstrantia, illicò & Eucharistiam adesse conijciant.

si dum Venerabile Sacramentum in
Mon-

in Monstrantia super Altare expositum est, contingat fieri Concionem, interim velo cooperiatur Venerabile Sacramentum, nisi Concionator sit apud Altare.

DE VASCVLO VENERABILIS SACRAMENTI, quam Pyxidem vocant.

In Vasculum, quod perpetuò quasi in Ecclesia ac Tabernaculo residere debet (quippe in quo Eucharistia pro fidelium adoratione, & quotidiani communicantium usu semper est asseranda) non immittatur Venerabile Sacramentum, nisi illud prius ab Episcopo sit consecratum.

Si qui possunt & volunt, inter cetera Corporalia, & in formam Pyxidis cõsuta, benè lota, & amido paululū roborata, intra dictum Vasculum accommodare, dummodo id decenter fiat, non prohibetur.

Præter hoc autem solum omnia alia, quæcunque tandem illa sunt, à Pyxide removenda sunt, ut Bombyx, Papyrus, Sericum, &c. Quæ inani quidam & fatua devotione supponere solent Sacramento; ac deindè involuta alia Bomby-

ce, ferro, vel plumbo, serico cooperire, & premere; quæ res piis omnibus indigna meritò videri potest.

Vasculum seu Ciborium illud, in quo sacra Communio ad infirmos deferri solet, alia scilicet Pyxis à supradicta, non in Tabernaculo, sed in Sacristia, unà cum sacris Calicibus asservetur, & tum demum producat, quando ad dictos infirmos cum Venerabili Sacramento eundem erit.

DE CALICIBVS.

Calices rimam quamvis minimam, & notabilem inflexionem, quam dum cadunt, vel alliduntur, contrahunt, penitus habeant nullam.

Magna porro adhibenda est diligentia, ut mundi & nitidi conserventur. Unde Parochorum seu Prælatorum cura & providentia, singulis annis, bis ter vè lavabuntur. Hæc autem ablutio à Sacerdote, Diacono vel Subdiacono (quibus solis nudis manibus, nudos Calices tractare concessum est) hoc modo commodissimè, & sine auri argenti vè jactura fieri potest.

Primò, unà cum Patenis immergantur

in aquam tepidam, præparatam in pelui munda, quæ deindè aqua in sacrarium, ut omnia alia, ab huiusmodi ablutione projiciatur. Postea Sapone cum acri lixivio in pulres quasi concocto, undiq; benè obliniantur, & sic, si non per totâ noctem, saltem per aliquot horas, loco tuto relinquantur.

Hinc aqua calida benè abluantur, se-
faceo, auro & argento fricando aptato, in remotioribus angulis & latebris (si quo minus saponis aqua elui potest) le-
viter adhibito, benè omni ex parte mun-
dentur, & ter quater vè abluti, in aquam
lympidissimam, frigidam, de puro fonte
haustam immergantur, indeq; extracti,
non absterfi, in mensa aliqua mappa mū-
da instrata, soli, tempore quieto & sere-
no: vel si hic haberi non possit, in hypo-
causto mundo, calori, siccandi exponā-
tur; & demùm sic mundi & benè sic-
cati, candidis, & lotis sacculis suis in-
volvuntur.

DE CORPORALI ET PALLA.

Singulari studio curandum erit, ut
Corporalia, quippe quæ Christi corpus
(unde

(unde & nomen acceperunt) immediate attingunt, aptè decenterque fiant, laventur, & complicantur.

Sint itaque ex tela candida & tenuissima, longa duobus palmis & medio, lata totidem, nihil usquam ornamenti habentia, sed tantum filo simplici in fimbriis retorta. Auro tamen vel serico non amplius digito transverso intexta tolerari possunt, dummodo in medio his omnibus careant.

In Ecclesiis autem insignioribus, ampliora pro Altaris maioris, seu summi amplitudine haberi convenit. Simplicia sint omnia: duplicata nulla, amido postquam lota sunt, leviter roborata, ne ad eò indurescant, ut rigida planè & intractabilia evadant, sed explicata ad planum, ultrò se extendant.

Alternis autem mensibus mutanda sunt: idemque omninò de Palla, qua Calix in Missa cooperitur, intelligendū venit, nisi quod amido paulò uberius sit fortificanda. Quo ad formā autem, hæc quadrata erit, & duplicari potest, ut firmius, dum Calicem operit, extensa maneat, ea quoque sit magnitudine, ut Calicem ubique abundè contegat, nec ra-
men

tamen sit nimis ampla. Eadem verò tela, qua ipsum Corporale (quippè ex quo veterascente Pallæ subinde confici possunt) constabit.

Studiosè insuper & magna diligentia inspicienda nonnunquam & examinanda sunt Corporalia, ne ullum uspiã, præsertim autem circa medium, & eas partes, quibus Hostia sacra in Missa, imponitur, habeant foramen, quod si quædã ex quavis causa, vel etiam telæ vitio, licèt minutiora habere, deprehensa fuerint, ne micis sacris, si fortè (quod absit) inde dilabantur, irreverentia aliqua cõtingat, in continenti, quantumvis pretiosa, pulchra, munda, & ornata, removeantur.

Et quoniam circa Corporalia eorundemq; munditiem, maxima nonnunquã cum piorum multorum offensione & scandalo occurrit negligentia, curent Sacerdotes Corporalia omnia ad præscriptum lavari & componi, & alia insuper nova, ubi opus erit, confici.

Antequam autem Corporalia, Pallæ, & Purificatoria Laicis lavanda tradantur, prius ab aliquo in sacris constituto, in Sacristia vel Ecclesia, in eodem vase

seu pelui, qua calices & patenæ abluuntur, aqua calida semel & iterum laventur, & deinde in cumulum torta, ut aqua benè exprimatur, quæ tota in sacrum proijcienda est, Laicis, id est, Monialibus, vel certè alijs honestis & adultis matronis, tandem lavanda offerantur. Vbi autem lota sunt, denuò benedici non indigent, sed immediatè ad Missæ sacrificium adhibenda sunt, prima etenim benedictio sufficit, nec ulla lotionè violatur.

Et in universum omnia præsertim ex lino confecta, quomodolibet ad divinū cultum spectantia, ut Albæ, Amictus, Mappæ, Linteola, Manutergia, Sudariola, Superpellicea, Purificatoria, Corporalia, item Candelabra, Cruces, Calices, Patenæ, Tapetia, Panni, Thuribula, Naviculæ, Cochlearia, Vrceoli, Pelviculæ, & si quæ sunt alia, frequenter quolibet modo sibi competenti, ita laventur, purgentur, excutiantur, & emundentur, ut nunquam sordida immundave (id quod piorum oculis non levem afferre solet offensionem) in domo Dei, ac præcipuè in sacrosancti Altaris ministerio appareant.

Et

Et quoniam horum omnium summa & præcipua cura Corporali imponenda est, placuit modum & instrumenta illius lotioni usui futura describere, ea spe, plures fore Sacerdotes, qui honore Dei adducti, & negotii facilitate allecti, fessis studiis, & gravi animarum cura lassii, ceu recreationis loco, Corporalia propriis manibus, ut maximè Presbyteros deceret, sint lavaturi.

Primò itaque hæc instrumenta sunt necessaria, coronix fiat ex ligno quercino quadrata 4. vel 5. palmis undiq; longa, quæ in quatuor angulis firmiter cohæreat, intra illam alia quatuor ligna non coniuncta, sed dissoluta, & medio palmo, vel paulò amplius, quàm coronix breviora, ex simili ligno conficiantur, quæ à quatuor partibus coronici ab intus binis cochleis, quibus admoveri & removeri valeant, necitantur, & hæc quatuor ligna tela crassiuscula, quasi sacculis quibusdã vestiantur. Lotū itaq; prius benè Corporale expandatur, & dictis quatuor sacculis filo intorto fortiore, circūcirca assuatur, & deinde cochlearū auxilio, benè & firmiter extendatur.

Adsit de hinc amidū, quo sic præpara-

etur

Et

tur inijcitur ipsa amidi farina in aquam puram & lympidā paratam in olla munda crustata, deinde adhibeatur igni, donec ebulliat, interim autem semper & continuò cochleari, vel alio ligno, massa moveatur, nec ultra tempus, quo quis Salutationem Angelicam semel recitare posset, feruere permittatur, quæ ab igne remota tebescat.

Iam verò cochleare hinc indè parce suprà expansum, in coronicibus Corporale spargatur, & ligno cultri figuram levi & obtusa acie repræsentante, æquè & benè distrahatur, & quasi Corporali imprimatur, & ubi id ex utraque parte factum fuerit, residuum si quid super sit, spongia munda, & madefacta, exactè & studiosè colligatur.

Tunc Coronix simul cum Corporali expanso & humido, soli, si dies sit calidus, serenus & quietus, alioquin calori in mundo hybernaculo sic candum exponatur. Id ubi factum fuerit, à Coronice resolvatur, ac in mensam mundā, papyro stratam (ni quis mensam seu tabulam marmoream habere posset) ponatur, dente deinde vel vitro, diligenter levigetur, exactè complicitur, & thecæ suæ immittatur. DE

DE PURIFICATORIIIS.

Ex pura & candida tela, ut non nimis crassa, ita nec omninò tenui, conficiantur Purificatoria, quadrata, lata scilicet minimum uno palmo ex medio, longa verò duobus ut minimum, in cuius medio crux serica, vel ex simplicei filo, acu pingatur: qua à reliquis panniculis, vel sudariolis, facile & primo aspectu dignoscantur.

Et quoniam hæc mundissima esse debeat, ubi frequentior est celebrandi consuetudo, vel institutum, adeò ut plures ex uno Calice eodem die sacrificent, singulis septimanis, ubi verò rarior, singulis saltem mensibus mutantur; quod Ecclesia ut facilius fiat, in quavis magna debet esse Purificatoriorum copia & ad minimum viginti.

DE

DE IPSA EUCHARISTIA.

Curetur ut particulæ seu hostiæ minores ad populi communionem, fideliumve adorationem consecrandæ, sint iustæ magnitudinis, benè rotundæ, integræ, candidæ, recentes, ante ipsam Consecrationem à præsegminibus & micis adhærentibus accuratè expurgatæ, & in vase mundo & recto, etiam antequam consecrandæ proponantur, in Sacristia conserventur.

Si consecrandæ sint plures simul, seu magna copia, ut sit tempore Paschali, in Altari collocentur, sed in vase seu custodia, vel Pyxide propria, vel certè si Ecclesia ita sit pauper, in Calice maiori reponantur: quod vas usque ad Consecrationem in Altari, extra Corporale, stare potest, dummodo in oblatione, cum maiori hostia offerantur & illæ hostiæ minores: instante autem consecratione, super ipsum Corporale ponantur, & sic unica consecratione, ex tunc nimirum Sacerdotis intentione ad totam materiam præsentem, omnes hostiæ propositæ consecrentur: & deinceps amplius

amplius à Corporali non removeatur, sed retrò Calicem ne Sacerdotem sacrificantem impediatur, locetur.

Alias autem extra hæc tempora tot consecrentur hostiæ, quor & loci infirmi & fideiū adoratio, vel etiam frequentius cōmunicantium devotio, requirūt.

Solicite curetur ut decimo quinto die, id est, alternis Dominicis saltem renovetur Venerabile Sacramentum, ita ut sumpto Calice in Missæ sacrificio ante ablutionem sumantur omnes hostiæ relictæ in custodia, quantum vis recētes adhuc videantur, & a micis sacris, quas æquè ut Hostias reverenter absument, ritè expurgata custodia, in eadem recens consecratæ Hostiæ decenter immittantur.

Quod si (crassa nempe & supina Sacerdotis negligentia) eveniat, ut corruptio aliqua species invadat, animal genitū comburatur, & cineres in sacrum mittantur. Hostiæ autem in Missa sumantur omnes, & ritè purgato Ciborio, de novo consecratæ substituantur. Quod si tanta sit corruptio, ut species sine nausea & vomitus periculo sumi nequeant, in proprio vasculo, donec om-

nia

minò consumatur, in tabernaculo reponantur.

Ipsam autem Eucharistiam, vel vasculum cum Eucharistia nullo unquam tempore Sacerdos tractet, nisi superpelliceo ac stolâ decenter indutus, & luminibus accensis, vel saltem lampade lucente.

DE MATERIA EVCHARISTIÆ, PANIS scilicet & vino.

Panis Azymus & triticeus esse debet, ac singulari studio præparatus, curandumque est, ut semper recens habeatur; unde quando proximo capite dictum est, ut particulæ vel Hostiæ sint recentes, nomine hostiarum recentium, tam maiorum ad Missæ sacrificium, quam minorum ad populi communionem destinaturum, non veniunt illæ intelligendæ, quæ toto anno in Sacristia asservantur, ut quidam sentiunt, sed alternis saltem mensibus ex monasteriis vicinis seu locis ubi conficiuntur hostiæ recentes, & jam tunc paratæ, oblato pretio, sunt comparandæ.

Vinum autem ex vite purum, clarum, & non acidum, album, non rubeum sit, licet

licet & in rubeo, ritè ac legitimè conficiatur, propter Purificatoria tamen, & alia lintea, quæ subinde casu vino asperguntur, & maculis indè concipiunt, quæ nulla amplius arte elui possunt, albo uti consilius est) recens quoque de dolio promptum esse decet. Vnde periculosum est, vinum pro sacro à Cauponibus, hæreticis præsertim accipere, qui ut plurimum illa, quæ pridie ex Symposio relicta, & in unum hinc inde congesta, obtrudere solent. Quare satius erit, è proprio vase vina ad sacrificandum promere. Sin verò inopia loci, vel Ecclesiæ; alijsvè de causis propria vina non habeantur, & ex hospitio illa tam pro Sacrificio, quam populi Communionem petere omninò sit necessum, curet Parochus, vel cui hoc incumbit, ut minister qui vinum adfert in cellam vinariam certè descendat, & oculos vinum ex vase non aliundè depromi, testes adhibeat.

*QVÆ CIRCA COMMVNIONEM
observanda.*

Contingit nonnunquam in numeroso Communicantium concursu, plurimos
eosque

eosq; non leves committi errores, quapropter Parochi seu alij Sacerdotes, qui populum frequentem, ut in Paschate accidit, communicant, solliciti sint, ut omnia ritè, decenter ac devotè peragantur, particulæ in vasculis non super Corporale nudum consecrentur.

Instante autem jam Communione, & luminibus quæ in elevatione sanctissimi Sacramenti accendi solent, vel pluribus etiam, pro Ecclesiarum more & facultate, accensis, non abs re erit, præsertim tempore Paschali & in Villis vel Pagis, ubi rudior est populus, exhortatiunculam brevem, qua præterea, quæ cuilibet in Confessione hæc de re dicta sunt, in communioni omnes in re tanta, officii sui, fidei, humilitatis, devotionis, ac præsentis mysterij sacri dignitatis adventantis hospitis, maiestatis, aliorumque huc spectantium admoneantur, præmittere.

Locus Cõmunionis ita sit præparatus, ut quilibet communicans, dum Corpus Christi de manu Sacerdotis ore excipit, cõmodè & decorè genua flectere queat.

Vasculũ in quo sunt Hostiæ consecratæ, capi debet à Sacerdote, iunctis pol-

lice

Iice & indice manus sinistrae: quod si tota manu, apertis & in pugnam reductis digitis (id quod tutius multò in magnâ præferrim communicantium multitudinè, & si vasculum Eucharistiæ maiusculum sit, videtur) capere malit, dictos duos digitos, prius in Calicem abluat, & Purificatorio abstergat.

Curet etiam Celebrans, ut Diaconus & Subdiaconus (ubi haberi possunt, solent & debent) sibi tunc accuratè ministrent, vestes sacras sublevando, brachia sustentando, patenam ori communicantium subjiciendo, &c. Caveat autem Sacerdos, ne Cõmunicantium halitus vel suspiria, vase vel Ciborio excipiat, ne aliqua ex hostiis sufflatu ejiciatur.

Sub Communicantium ore, Cancelli ad quos flectunt, alba, munda, & oblonga mappa, sint strati: vel ubi illi nõ sunt, aut commodè fieri nequeunt, duo hinc inde ministri Clerici, si haberi possunt, vel saltem scholares seu alij pueri ad hoc à Parochis instituti, eandem extensâ teneant, ut si casu aliquo hostia sacra excustodia, manu Sacerdotis, vel Cõmunicantis ore excideret, illa tela Religiosè; ne in terram decidat, excipi possit.

Si

Si verò Hostia, vel in Missa sanguis in terram, mappas vel liateca cadat, seruentur Rubricæ Missalis Romani præmissæ.

Peracta Communione Sacerdos micæ sacras, quantumcunque minimas, quæ visum non effugiunt, unde quaque maximo studio colligat ac sumat, quas ut tutius, vel etiam aliquando superfluas hostias, sumere, alijs vè casibus commodius occurrere queat, communionè populi post sumptum Calicem, ante omnem abluionem, quo ipse ieiunus remaneat, instituet, qua absoluta, abluionem ante in Calice relictæ sumat, digitos abluat, & reliqua ex more peragat.

*DE COMMUNICANTIVM ABLV-
tione.*

Ablutio, quam singulis post modicum intervallum à sumpto Domini corpore, offerri convenit, ex Calice (ut hactenus multis locis ob scandalum scilicet & errorem in plebe vitandum, non rectè est solitum) dari non debet, sed vel ex Cyatho argenteo, vel in aurato, Calicis figuram neutrquam imitante, & ad hoc specialiter confectio: vel certè ex poculo vitreo,

vitreo, forma ab illis, quibus in mensa
utimur nonnihil differente, & ad hunc
solum usum deputato.

Altera verò manu minister linteum
caudidum, & paululū serico ornatum,
explicatum offerat, quo is, qui ablutio-
nem sumpsit labia, & deinde minister
poculum, ex ea parte, qua communicans
ablutionem hausit, abstergere possit. Ne
autem alijs nauseam excitet, cum tot ex
eodem vase bibunt, sæpiùs abstergen-
dum, & sensim in orbem vertendū erit.
Abstemijs autem, ut etiam febricitanti-
bus & infirmis vini loco, aqua si illam
petant, offerri potest.

Circa infirmos tamen notandū occur-
rit, illis ablutionem ex quo vel homi-
nes bibere consueverunt, vel æger com-
modè haurire potest, porrigi posse.

Cum verò aliquando, in vallis præ-
sertim, & apud pauperes, accidat,
nullum poculum conveniens, in de-
cumbentis tugurio haberi; Ecclesiæ
sumptibus, vasculum aliquod ido-
neum, quod facilè in eandem bursam
cum Venerabili Sacramento inclu-
di, & ad infirmum deferri possit ex au-
ro vel argento confici debet. Nec omni-

nò displicet forma (si aptior non adsit) id
 cochlear imitans : cum illa commoda præ
 fatis videatur, quæ & una afferi facile vel
 & inde languens ablutioem dextræ sa ris
 tis sumere queat ; dummodo materia sit ræ,
 aurum vel argentum , aut si aliam ma præ
 teriam, ut cuprum vel aurichalcum, Ec tern
 clesiæ paupertas adhibere cogat, omni non
 nò sit inaurata ; Ex nudo autem cupro fert.
 etiam si stanno illiniatur non fiat ; cum V
 hæc materia rubiginem & sordes illico ut n
 contrahat, quæ vel sanis, nedum infir- late
 mis, nauseam atque adeò vomitum faci- lum
 le concitet. spiri

*VT AD INFIRMOS DEFERENDA
 sit Eucharistia.*

Ad ægrotos ubi sanctissima Eucharis- C
 tia afferenda erit, attendant Parochi, & acce
 quorum interest , ut id fiat cum summi sunt
 religione ; populus pro concione mo- hibe
 neatur & excitetur, ut frequens eandem com
 & luminaribus accensis comitetur. min

Indulgentiarum quæ in plerisque lo Si
 cis Eucharistiam comitantibus concessa hun
 sã sunt, vis & precium exponatur, aliq- depu
 ad populi devotionem in sacrosanctam ma o
 Eucharistiã promovendã proponantur xò n
 id

ad sic) id quod in pluribus locis, civitatibus
 imoda) præsertim, opera & industria Sodalitatis
 facile) vel congregationis in honorem Corpo-
 rre) ris Christi specialiter erectæ & institu-
 eria) tæ, summa pietate ac fructu, egregiè
 m ma) præstatur, quas congregationes seu fra-
 m, Be- ternitates, ubi fieri poterit, & hæcenus
 omni) non fuerunt, vel hominum incuria de-
 cupro) sertæ iacēt, institui & restaurari par est.

; cum) Vbi scholæ & pueri idonei sunt, duo
 silico) ut minimum superpelliceis induti, cum
 infir- laternis hastilibus infixis, in quibus sint
 m faci- luminaria accensa, Canticis & Hymnis
 spiritalibus Venerabile Sacramentum
 præcedant. Hos autem *Ædituus* super-
 pelliceo quoq; indutus, ac tintinnabulū
 sonando in manibus ferens antecedar.

NDA) Qui verò comitantur, cereos itidem
 chari- accensos, ut singuli in manibus ferant,
 chi, & sunt cohortandi: quod si paupertas pro-
 summa) hibeat, devotione saltem & adoratione
 ne mo- competenti, præsentem Christum Do-
 ande) minum honorent.

que lo) Sicubi consuetudo est, ut umbella, ad
 onces) hunc tantum usum specialiter facta &
 , aliq; deputata adhibeatur, illa ut religiosissi-
 in) ma omninò conservari debet: ubi ve-
 antur) rō non est, & illam, ut piam, aliquis in-
 id) trodu-

roducere velit, prorsus approbandum
est factum.

Quando verò extra Oppida & Pagove
remotius ad infirmos est abeundum, eo
unus minimum minister comitetur sine &
pelliceo indurus, laternam cum accen vel i
candela, & titinnabulum præferat, Secu
interpolatis vicibus edito sono, occu Sa
rentes, vel hinc inde in agris labora char
tes, ad adorandâ Eucharistiam invitet res. f

Si autem locus, ubi infirmus decum defe
bit, non sit remotior ab Ecclesia, in quere
Venerabile Sacramentum asservatur tamen
quin intra horæ quartam partem, vltiæ
etiam paulò plus adiri queat, ipsa Bistitu
charistia solenni pompa non secus ac illemp
tra oppida ipsa, ad ægrotum usque de nea
feratur. Quod ut libentius ac religione ur
sius à populo fiat, ad hoc ipsum piera dum
opus, sedulò ac graviter à Paracho tique p
pro concione, tum in aliis occasione binc t
erit incitandus.

Si quando verò solùm extrema utinna
tionis Sacramentum (quod ne infirm Pr
negligat, sed instâtius petat, ad Paroed om
curam spectabit) ad ægrotos sit defere st rua
dum, Sacerdos Stola relatia & superpe en si
liceo, indurus, illâ deferat in sacculo libus

br

bandum bursa, & ea dexteritate, ut populus nō a-
doret, sed ut sem sacrā caputaperiendō
c. Page veneretur tantū, ministro superpelli-
ndum ceo quoq; induto subsequēte, sine lumi-
etur sine & tintinnabulo, vas aquæ benedictæ,
accen vel in ea immersum ante aspersorium
erat, secum adferente.

occur. Sacerdos iturus cum venerabili Eu-
aboris charistiæ Sacramento ad infirmum, plu-
nvitet res semper particulas consecratas secum
decum deferat, ut pari devotione & populi re-
a, in q̄verentia ad Ecclesiam redire possit, nec
ervatur tamen interim templum, seu Eucharis-
n, vestis Tabernaculum corpore Christi de-
ipfa constituat, sed pro fidelium adoratione
us ac semper Eucharistia in templo rema-
sque debeat. Quod si casu accidat (id tamen
religione unquam eveniat, studiosè adverte-
pietatis dum est) nullam superesse Hostiam, ne-
cho tūque particulam aliquam notabilem, ex-
sionibus inctis luminaribus, superpelliceo de-
posito, stola ablata, suppresso que tin-
em ut in tintinnabulo, ad propria redeat.

infirmi. Providebit præterea Parochus, ut in
Paroc domo infirmi, mensa apta & munda in-
defere struatur & mappis ornetur, cereis ac-
superpensis, sacris imaginibus, & hisce simi-
cculo sibus alijs pro qualitate domus & infir-

bi

I 3

mi,

mi, quàm fieri potest religiosissimè.
In pauperum verò tuguriis, ubi omnia
hæc tam exquisita haberi nequeunt,
dicta mensa saltem munda mappa
cooperta, duobus cereis accensis: su-
pra mappam autem, Sacerdos ubi ad
locum venerit, Corporale, quod se-
cum adferet, ponet, ac deinde Cibo-
rium ipsum supra Corporale decente-
ac tutò collocabit. Reliqua autem
omnia ex more ea, qua fieri potest
ac decet, pietate peragat
quàm accuratissimè,





PARS II.

SPECULUM

CLERICORVM

AC SACERDOTUM

EX JURE CANONICO,
& doctrina sancti Caroli Cad. Bor-
romæi confectum.

PRÆFATIO.

Sacro - sanctum & OEcumenicum
Concilium Tridentinum, in Sess.
12. de Reformation, cap. 1. Statum
Clericalem in debito officio continere
desiderans, & in quibus forte defecis-
seremendare & reducere, ut Christi
bonus odor sit Deo in omnibus, ut con-
venit, quæ sequuntur, statuit & decre-
vit, quæ quidem pro præsentis Speculi
Clericalis & Sacerdotalis introductio-

ne & proœmio convenientissimo hic syllabatim inserere consultum fuit, cum nihil eo melius, nihil-ve sanctius, aut succulentius ad hoc propositum possit excogitari. Sic igitur sancta Synodus piæ Matris Ecclesiæ ministros Clericales ac Sacerdotes adoritur & exhortatur *Conc. Trid. Sess. 12. c. 1.*

Nihil est quod alios magis ad pietatem & Dei cultum assidue instruat, quàm eorum vita, & exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cum enim à rebus sæculi in altiorem sublatis locum conspiciantur, in eos, tanquam Speculum, reliqui oculos conjiciunt, exijsque sumunt quod imitentur. Quapropter sic decet omninò Clericos, in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, alijsque omnibus rebus nil, nisi grave, moderatum, ac religione plenum præ se ferant: levia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur, quæ maiore in Ecclesia Dei & utilitate, & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentius sint observanda, statuit sancta Synodus,

nodus,

modus, ut quæ aliàs à summis Pontificibus, & à sacris Concilijs de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda: ac simul de luxu, comestrationibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscunque criminibus, nec non secularibus negotiis fugiendis copiosè ac salubriter, sansita fuerunt, eadem in posterum iisdem pœnis, vel maioribus, arbitrio Ordinarij imponendis, observentur; nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua verò exijs in desuetudinem abiisse compererint, ea quam primùm in usum revocari, & ab omnibus accuratè custodiri studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscunque, ne subditorum neglectæ emendationis ipsis condignas, Deo vindice, pœnas persolvant.

LEGES ET REGVLÆ CLERICORVM,
ac Sacerdotum.

I.

Sint Clerici memores perpetuò vocationis, qua eos Dominus dignatus

I 5

tus

tus est, eiusque quod scriptum est: *Sancti estote, quia ego Sanctus sum, nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium, sed in omnibus exhibentes seipsum sicut Dei ministros. Levit. 11. g. 44. 2. Cor. 6. a. 3.*

II.

Coelestem in terris vitam, tanquam Angeli Dei, agant, expoliantes veterem hominem cum actibus suis, & novum induentes; quinimò sint electi Dei, sancti, & dilecti; viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam induentes, sint prudentes, sed non apud semetipsos; supportantes invicem: non invicem provocantes: non invicem invidentes: subiecti invicem: non dominantes in clericis, sed charitate fraternitatis invicem diligentes, & honore invicem praevenientes: hospitales, invicem suscipientes, & justitiam induentes: si fieri potest cum omnibus hominibus pacem habentes: omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. *Ex Epist. S. Pauli Apost.*

III. Non

III.

Non huic sæculo, sed Pontificum sanctionibus, Oecumenicis Concil. Provincialibus, Diœcesanis Synodis sese conformantes, & adhærentes: Episcopis, alijsque Superioribus obedientiam & reverentiam exhibentes.

IV.

Sint spiritu ferventes, Domino fervientes, & orationi instantes, ut ambulent dignè: Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei: & quæcunque sunt vera, quæcunq; amabilia quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitent.

V.

Si sint in sacris, aut beneficiati, Horas Canonicas studiosè & devotè recitent: & psallant sapienter, & non fraudulentè. *Cap. Doctores. de celebr. Miss. & Pius V. in Bulla qua incipit. Ex proximo.*

San-
dan-
retur
s seip-
4. 2.

quam
s ve-
, &
electi
miseri-
atam,
s, sint
pos:
vicem
entes:
tes in
ris in-
vicem
m sus-
; si fie-
us pa-
dentes
es. Ex

I. Non

VI.

Coronam (quod insigne est Ordinis Clericalis) non maiorem, nec minorem, sed conspicuam, & pro ratione Ordinis quo singuli initiati fuerint, gerant.

VII.

Comam, & barbam ne studiosè nutriant, & in superiori labio (in Sacerdotibus præsertim) omninò rescindatur, ita ut appareat discrimen à sæcularibus: in rescandis, & mundandis unguibus pollicis & indicis Sacerdotes diligentiam adhibeant. *Cap. 4. de vita & hon. Cler. & cap. Clericis, eodem.*

VIII.

Habitum gestent non exquisitum, fulgidum, aut speciosum nimis: rursus non sordidum, & neglectum, sed gravem, & talarem, & is tùm domitùm foris sit pro uniuscuiusque Ordinis, gradusque ratione: quem nunquam dimittant: neque parentum, aut propin-

quo

quorum mortem eum mutent : *Con-*
Concil. Trident. Sess. 23. c. 6. & Sess. 14. c. 6.
Six. V. in Bulla Cana.

IX.

Fugiant ornamentum novitatum, co-
lorisque varietatem, præsertim ru-
bei & viridis, sed nigro semper in exte-
rioribus, in interioribus verò similiter,
sive aliquo honesto colore utantur, nisi
dignitas colorem alium requirat. *Ex*
Syn. Pro S. Claroli. c. porrectum &c. ex parte
de Regul. & cap. ult. distinct. 41.

X.

Quando verò iter faciendum erit,
possunt uti habitu contractiori, sed
simplici, in quo semper honestas celri-
calis eluceat: veste virgata non utantur.
Synodus. Prov. S. Car. de vita & honest. cler.
cap. 2.

XII.

Pileus in summitate non acutus in lon-
gitudine & latitudine & cingulo mo-
destus & sæcularibus dissimilis sit.

I 7

XII. Col.

XII.

Collare, quod dicunt, simplex, & modicè latum honestè recinetur: camifias ad collum, & ad manus crispas, & rugosas, artificio elaboratas, rejiciant.

XIII.

Turgidis & dislectis caligis non utantur: calceos & crepidas ad elegantiam ne incedant, torques & armillas, ac monialia respuant: item à sotalibus, consolitiis, frænis, sellis, pettoralibus, calcaribus deauratis abstineant.

XIV.

Annulum ne induant, nisi hi quibus propter officij munus aut honoris gradum, sit jure concessus: Eius verò locus in quarto digito dexteræ manus erit, *Cap. Clerici officia. de vita & honestate cler.*

XVI.

ET si Sacerdotes illum induant, in Missæ sacrificio eum deponant.

XVI. Ab

XVI.

AB omni splendido apparatu, luxu, fastu, pompaque sæculari abstinereant.

XVII.

ACrapula & ebrietas caveant, ne quisquam ad bibendum, & sumendos potus inæquales inciter offerens pocula maxima; parca & frugali mensa sint contenti, eamque præcedat benedictio, & intercedat sacra librorum lectio, & gratiarum actio absolvat. *Cap. Non liceat dist. 44. Cap. de vita & honest. cler.*

XVIII.

Supellectili etiam modesta, ac potius tenui utantur.

XIX.

CLericorum arma sunt orationes & lacrymæ: Idecirco arma ne ferant, nisi fortè extra civitatem, & in suspectis locis iter agendum sit, tunc impetratâ licentiâ uti liceat; & ne pugnent etiam in bello justo, nec sine percussores, accusatores, ac calumniatores.

fi:

si : nec judicent in causa sanguinis. *Capite. 2. de vita & hon. cler. c. petitio de Hom. c. 5. ne cler vel mon.*

XX.

Personati ne incedant, nec nimis, jactulatoribus, histrionibus, fabulis, comædiis, hastiludiis, alijsve inanibus spectaculis, nec ubi sanguinis vindicta exercetur : nec improborum hominum conversationibus intersint, nisi eorum pia opera sint ibi necessaria : nec pro lationibus, & improbis hominibus apud Principem & Magistratum intercedant, sed apud Deum : pro iniuste autem oppressis, & calumniam patientibus, possunt, & debent apud utrumque intercedere. *Ca. Cler officio de vita & hon. cleric.*

XXI.

Nec sint aleatores, nec huiusmodi ludorum spectatores : ludus tamen honestus, & decorus, citraque scandalum, permittitur, non rursus lucri cupiditate, sed animi causâ. *Cap. 1. dist. 35.*

Nec

XXII.

Nihil autem scurriliter, nihil indecorè, nihil turpiter loquantur seipfos facientes ioculatores, goliardos, & buffones. *Cap. Clerici. de vita & bon. cler.*

XXIII.

Curiositatem, levitatem, adulationes, assentationes, maledicta, rixas, contumelias, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem caveant.

XXIV.

Abstineant à clamosis venationibus, aucupis & choreis, nec licet alere canes, accipitres, falcones, & huiusmodi ad venandum, nisi recreationis causa tantum, & sine strepitu aliquando venari permittitur. *Cap. 1. & 2. de cler. ven. Concil. Trident. Sess. 24. c. 12.*

XXV.

Tabernas, & cauponas evitent, nisi necessitatis, & itineris causâ; tuncque

que honestè gradientur, modestè manent, & citò exeant: nec peregrinentur sine licentia: nec sine literis commendatitijs in ordine ministrent: nec nocturno tempore vagentur, sed in Ecclesijs proprijs sint assidui *Cap. 1. de eo. habit. Cler. & nul. &c. Clericus, de 81. c. 2. eod. tit. &c. unico, de voto in 6. de vit. & hon. cler.*

XXVI.

CUM mulieribus non cohabitent, excepta matre, amita, & sorore: immò neque cum his, si sint suspectæ: quia castitatem illibatam, & sine suspitione servare debent: qui in sacris constituti sunt.

XXVII.

MONASTERIA Monialium frequentare non præsumant nisi ex rationabili causâ: sæcularibus negotiis non se immisceant, mercaturam negotiatione & officia Vicecomitis, Tabellionis, carnificum, seu macellariorum, & tabernariorum, ne exerçant: nec consulant, vel consentiant, vel dicant vel pro-

proferant sententiam sanguinis C. Mo-
nasteria c. secundum. Ne cler. vel mon. 6. 9.
eod.

XXVII.

ARs vero honesta quã ad victum
necessaria comparari possunt, ijs
permittitur. Clem. 2. de vit. & bon. cler.

XXIX.

ARtem medendi ne faciant, immò
Leges, & Medicinam ne audiant,
nec alta sapientes ad studium Philoso-
phiæ & poësis, ultra permissum tempus
incumbant, Cap. Cleric. officia, eod. tit. 6.
ult. ne cler. vel non.

XXX.

SEd quotidie aliquid ex facis Bibliis
& ex Sanctorum Patrum opusculis
Gregorij Magni, Augustini, Chry-
sostomi, Bernardi Cypriani, Con-
cilii Trident. Catechismi Rom. Ration.
Divin. off. & libros vitæ spiritualis, de
Sacramentis, ritus & caeremoniarum
Ecclesiæ, & Casuum conscientia, at-
tentè legant. Synod. Prov. S. Caroli.

XXXI.

XXXI.

Libros de rebus jocosis, ridiculis, obscœnis, & inanibus: picturas & imagines obscœnas procul abjiciant.

XXXII.

Otia pernicioſa, & pigritiam fugientes modesto ſilentio ſtudentes, accuratè videant, qua præparatione, qua devotione, qua reverentia, juxta ritus & rubricas divinum officium dicere, & Sacerdotes ſapè Miſſas celebrare: reliqui Clerici maximè qui in ſacris ſunt, faciant Euchariftiam ſumere, & quomodo & quo habitu verſari in Eccleſiis, in choro ſacriſtia, quæ ibi præparanda, quæ faciendæ in mûnere ſuo, ſive in maiore, ſive in minore ordine, canere aut exercere debeant.

XXXIII.

Aliena prædia lucri cauſâ ne conducant, neve aliorum tutelam & curam ſuſcipiant: curæ verò pauperum

rum,

rum, & miserabilium, præcipuè quæ adstricti sunt animarum curæ, sedulo invigilent attendentes sibi, & universo gregi; quem pascere debeant verbo & exemplo. *Cap. Pervenit. dist. 88. Synod. Provid. S. Car.*

XX XIV.

PRO alijs ne fideiubeant, nec in laicorum procuracione & famulatu sint, nisi impetratâ licentiâ: & si inde scandalum, & suspicio oriri potest, omninò abstineant nec sint parrini, nisi baptizantes. *Cap. Tum quidem 11. q. 1. Cap. pen. 2. q. 3.*

XXXV.

PRIVILEGIJS suis non renuntient: non enim possunt ijs renuntiare, cum sint in favorem status Clericalis, & non singularis personæ: quare in manibus laici jurare non possunt, nec se subdicere Iudici laico, nisi privilegium fori amiserint, vel licentiam habuerint. *Cap. Cum non ab homine, de Iud. Conc. Trid. Sess. 11. c. 2.*

XXXVI.

XXXVI.

Non alienent patrimonium, ad cuius titulum sunt ordinati, nisi impetratâ licentiâ. *Conc. Antioch cap. 25. c. Quisquis c. Sint manifesta, c. Episcopus, &c. Res Ecclesie, cum seqq. 12. q. 2.*

XXXVII.

Non incidant in beneficiorum pluralitatem, vel nundinationem prohibitam, vel redituum Ecclesiasticorum malam consummationem, immo proprio sufficienti patrimonio contenti sint ne propinquos dicent de bonis Ecclesie & patrimonio Christi, pauperum usibus destinatis & consecratis. *Can. Apost. 59. & 75. Conc. Trid. Sess. 25. de Reformatione. c. 1.*



DE HABITU, TONSU-
ra, Corona, & Superpelliceo Cle-
ricorum secundum Canones sacros.

Prohibete, fratres, per universas
vestrarum regionum Ecclesias, ut
Clerici qui Laicis & simplicibus, vir-
tutis, honestatis, pudicitiae & gra-
vitatibus exemplar esse debent, ac se-
ipsum tanquam signum purioris vitae,
rudioribus admirationem prudenter
exhibere, juxta, Apostolum, co-
mum nutriant, sed desuper caput in
modum sphaerae radant: quia sicut dis-
creti debent esse in conversatione, ita
etiam in tonsura & omni habitu discreti
debent apparere. Haec vobis fratres, ut
petistis, custodienda mittimus, &
custodire praecipimus. *Ex epistola de-
cretali sancti Aniceti Papae & martyris,
in fine. Anno Domini 167. haec eadem
verba citantur dist. 23. c. Prohibite Frat-
res Directe est ista epistola ad omnes Episcopos
Gallia.*

Cle-

Clericus professionem suam & in habitu, & in incessu probet: & nec vestibus, nec calceamentis decorem querat. *Concilij Carthaginensis ordine & tempore quarti sub Anastasio Papa Anno Domini 398. convenerant Episcopi 214. inter quos erat S. Augustinus Capitul.*

Ut nullus Clericorum comam nutriat, aut barbam radat. *can. 3. Ex canonibus Barcinonensibus, qui habentur to. 2. Conciliorum, Pate. 2. fol. 31. immediate post Concilium Aurelianense 3. sub Vigilio Papa I. Anno Domini 540.*

Non oportet Clericos comam nutrire, & sic ministrare, sed attonso capite patentibus auribus, & secundum Aaron talarem vestem induere, ut sint in habitu ordinato. *Ex collectione antiquorum Canonum facta à sancto Martino Bracharensi Archiepiscopo, & missa ad Concilium Lucense habitum tempore inter regni Pontificij post Ioannis 3. obitum, capitulo 66. Anno Domini 572.*

Ut nullus Clericus sagum, aut vestimenta, aut calcamenta, nisi quod religionem deceat, induere præsumat. Quod si post hanc definitionem Clericus, aut cum indecenti veste: aut cum armis

armis inventus fuerit, à seniore ita
coerceatur, ut triginta dierum inclusio-
ne detentus, aqua tantum & modico
pane diebus singulis sustentur. *Concilijs
Matisconensis primi, sub Pelagio Papa 2. ca-
pitulo 5. Anno Domini 582.*

Quisquis autem vel abolitione ton-
suræ, vel sæcularis vestis assumptione
detectus fuerit attigisse transgressio-
nem, excommunicationis censuram ac-
cipiat. *Conciliij Toletani 10. Provincialis
capitulo 6. habiti sub Vitaliano Papa Anno
Domini 656.*

Si quis ex Clericis relaxaverit comā,
anathema sit. Et responderunt omnes
tertio (scilicet Patres istius Concilij) ana-
thema. *Conciliij Romani 1. sub Gregorio 2.
Papa, capitulo ultimo. Anno 721.*

Ut nullus Clericus aut Monachus co-
mam laxare præsumat, si quis Clericus
aut Monachus comam laxare præsump-
serit, anathema sit. *Conciliij Romani sub
Zacharia Papa cap. 8. Anno Domini. 643.*

Omnes Clerici fornicationem non fa-
ciant, nec habitum laicorum portent.
*Ex Concilio Sueffionensi sub Zacharia Papa
Anno Domini 744. Et Childerici Regis 2.
Aderat Papinus Dux.*

K

Uc

Ut nullus post tonsuram capillos usque populari nutrire presumat, nec sæcularem habitum sumat, si qui in hoc vitio reperti fuerint, aut corripiantur, aut excommunicentur. *Concilij Bavarici apud Dingeluingam celebrati sub Hadriano I. Papa can. ultimo Anno 772.*

Tonsuræ Ecclesiasticæ usus à Nazareis (ni fallor) exortus est. Qui prius crine servato, divina post magnam vitæ continentiam devotione completa caput radebant, & capillos in igne sacrificij pone jubebantur, scilicet ut perfectione devotionis suæ Domino consecrarent. Huius ergo exempli usus ab Apostolis introductus est, ut hi qui in divinis cultibus mancipati Domino consecrantur quasi Nazaræi, id est, sancti Dei crine præciso innoventur. Hoc quippè & Ezechielii Prophetæ, jubetur dicente Domino: tu fili hominis, sume tibi gladium acutum; & duces super caput tuum, & barbam, videlicet quia & ipse sacerdotali genere Deo ministerium sanctificationis deserviebat. Hoc & Nazareos illos Priscillam & Aquilam in Actibus Apostolorum primum fecisse legimus, Paulum quoque Apostolum, & quosdam discipulos.

cipulorum Christi qui in huiusmodi cultu mirandi extiterunt. Est autem Clericis tonsura signum quoddam quod in corpore figuratur, sed in animo agitur; scilicet ut hoc signo in religione vitia rescentur, & criminibus carnis nostræ quasi crinibus exuamur, atque inde innovatis sensibus & comis rudibus enitescamus, expoliantes nos juxta Apostolum) veterem hominem cum actibus suis induentes novum, qui renovatur in agnitione Dei, quam renovationem in mente oportet fieri, sed in capite demonstrari, ubi ipsa mens noscitur habitare. Quod vero de tonso capite superius, inferius circuli Corona relinquitur, sacerdotium regnumque Ecclesiæ in eis existimo figurari. Tiara enim apud veteres constituebatur in capite sacerdotum. Hæc ex bisso cōfecta, rotunda erat quasi sphaera media, & hoc significatur in parte capitis tonsura. Corona autem, latitudo est aurei circuli, quæ regum capita cingit. Utrumque itaq; signum exprimitur in capite Clericorum, ut impleatur etiam corporis quadam similitudine, quod scriptum est, Petro Apostolo perdocete. Vos estis genus electum,

K 2

rega-

regale sacerdotium. Quæritur autem cur, sicut apud antiquos Nazareos, non ante coma nutritur & sic ronderetur? sed qui hæc exquirunt, animadvertant, quid sit inter illud Propheticum velamentum, & hanc Evangelij revelationem, de qua dicit Apostolus: Cum transferis ad Christum auferetur velamen. Quod aut significabat velamen interpositum inter faciem Moysis & aspectum filiorum Israel, hoc significabat illis temporibus, etiam coma sanctorum, nam & Apostolus comam pro velamento esse dicit. Proinde jam non oportet, ut videntur crinibus capita eorum, qui domiso consecrentur, sed tantum ut revelentur, quia quod erat occultum in Sacramento Prophetiæ, jam in Evangelio declaratum est. *Concilij Aquisgranensis 1. cap. 1. sub Stephano 5. Papa & Ludovico Pio Imperatore. Anno Domini 816.*

Ut quicumque ex clero esse videntur, arma militaria non sumant, nec armati incedant, sed professionis suæ vocabulum religiosi moribus & religioso habitu præbeant. Quod si contempserint, tanquam sacrorum Canonum contemptores, & Ecclesiasticæ sanctitatis pro-

pha;

phanatores, proprii gradus amissione
mulctentur, quia non possunt simul
Deo & saeculo militare *Concilij Provin-*
culis Meldensis cap 37. sub Sergio Papa 2. &
Carolo Iuniore Rege Fran orum Anno Domini
845. hoc Concilium Me'dis inchoatum, Pari-
sis absolutum est anno sequenti, iterum pro-
mulgata fuere decreta Concilij Meldensis.

In Decretis Gregorij Papa scriptum
est; Si quis ex clericis laxaverit comam
anathema, unde sancimus, ut huius-
modi coerceantur ad pristinum statum
reverti *Concilij Moguntini 1. sub Leone IV.*
tempore Lotharij Imperatoris, Can. 15. Anno
847. in eo praesidebat Rabanus eiusdem civi-
tatis Archiepiscopus.

Hoc omnino de vitandum est, quia
nefas est, ut oblati à parentibus Deo
filij, voluptatis fræna laxentur. Igitur
(ut prædiximus) non liceat eis suscep-
tum habitum unquam deserere; sed con-
victi quod tonsuram aliquando habue-
rint, in religionis cultu habituque ve-
lint nolint permanere, cogantur. *Concilij*
Vvormatiensis Can. 22. habiti sub Hadriano
II. & Ludovico Pio Imperatore, Anno Domi-
ni 868.

Ut nemo Clericorum arma portet,

K 3

vel

vel indumenta laicalia induat. *Concilij
Metensis c. 3. sub Steph. Papa VI. alias III.
& tempore Arnulphi Regis Anno Dom. 888.*

In Synodo Chalcedonensi cap. 7. statutum est, ut Clerici qui semel in Clero deputati sunt, neque ad militiam, neque ad aliquam veniant dignitatem mundanam. Et hoc tentantes, & pœnitentiam non agentes, quominus redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegere, anathematizari. Nos autem eandem sequentes canonicam auctoritatem, statuimus ut Clericus Ecclesiasticè nutritus, in Ecclesia coram populo vel legens, vel cantans si postmodum relicto clericatus habitu, à Castris Dominicis, quibus adscriptus est, profugus & apostata elabatur, & ad seculum egreditur: ab Episcopo Canonicè coërceatur, ut ad sinum matris Ecclesiæ revertatur. Quod si in hac indisciplinatione perdurat, ut comam nutriat, constringatur ut iterum detondeatur, postea nec uxorem accipiat; nec sacrum ordinem attingat. Si verò huic huius sancti reluctaverit definitioni, secundum præstitutam Chalcedonensis Capituli constitutionem, anathema.

thema.

thematizetur. Sanctus Isidorus tales hippocentauris dicit esse similes, qui nec equi, nec homines, itaque quasi bruta animalia, libertate ac desiderio suo feruntur. *Concilij Triburiensis sub Formoso Papa can. 27. Anno 893.*

Ut nullus laicus ad quemlibet gradum Ecclesiasticum repente promoveatur, nisi post mutatum habitum saecularem, diuturna conversatione inter Clericos fuerit comprobatus. *Concilij Romani sub Nicolao II. Papa. can. 14 in eo convenerant simul 113. Episcopi, Anno Domini 1059.*

Ut autem ab omnibus in tonsura, habitu, & conversatione, honestas Ecclesiastica conservetur, districtè præcipimus universis Prælati, sub attestatione divini iudicii, firmiter injungētes ut omnia supradicta observent: & quantum in ipsis fuerit, faciant à subditis monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam inviolabiliter observari. *Galonis Cardinalis & Episcopi Parisiensis Constitutio. 7. Anno Domini 1105.*

Præcipimus etiam quod tam Episcopi, quam Clerici in statu mentis, in habitu corporis, Deo & hominibus pla-

cere studeant, & nec in superfluitate, scissura, aut colore vestium, nec in tonsura intuentium quorum forma & exemplum esse debent, offendant aspectum: sed potius quæ eos deceat, sanctitatem præ se ferant. Quod si moniti ab Episcopis emendari noluerint, Ecclesiasticis careant beneficiis. *Concilij Lateranensis generalis sub Innocentio II. can. 4. Anno Domini 11, 9. convenerant mille circiter Pralati.*

Præcipimus etiam, quod tam Episcopi, quam Clerici, neque in superfluitate, aut scissura vestium neque in tonsura intuentium, quorum forma, & exemplum esse debent, offendant aspectum, sed potius in suis actibus ea condemnent ut amorem innocentiae conversatione demonstrant, sicut dignitas exigit ordinis Clericalis. Quod si moniti ab Episcopis suis infra undecim dies non obtemperaverint, Ecclesiasticis beneficiis eorumdem Pontificum auctoritate priventur. Episcopi vero si præfixam poenam irrogare neglexerint: quia inferiorum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides negligentisque rectores: tam diu ab Episcopali officio absti-

absti-

abstineant, donec pœnam à nobis constitutam Clericis sibi subjectis imponant, nec etiam nisi præcedente congrua satisfactione relaxent. *Concilij generalis Rhemensis 2. can. 2. Præsidebat Eugenius 3. summus Pontifex, & conuenerat etiam illuc S. Bernardus.*

Clerici qui relicto ordine & habitu lapsi in apostasiam tanquam laici versantur, si in criminibus deprehensi teneantur, per censuram Ecclesiasticam non præcipimus liberari: tales enim inter apostatas numerandos sanctorum Patrum statuta declarant. *Concilij Lateranensis 3. generalis sub Alexandro 3. Papa, parte 2. 6. cap. Anno Domini 1179. conuenerant Episcopi 300.*

Clerici qui comam nutriunt, etiam invitati ab Archidiaconis suis tondeantur. Vestimentis autem aut calceamentis, nisi quæ honestatem & religionem deceant, uti non liceat. Si quis autem contravenire præsumperit, & communitus emendare noluerit, excommunicationi subiaceat. *ibidem parte 2. c. 4. Idem eiusdem verbis & sub pœna excommunicationis antea decretum fuerat in Concilio Londinensi sub dicto Alexandro can. 5. Anno*

K

Domini

Domini 1175. Item etiam in Concilio Agathensi Provinciali sub Symmacho Papa cap. 20 Anno Domini 506. In eo praesidebat S. Casarius Archiepiscopus Arelatensis idem dist. 23. c. Clerici qui comam.

Clerici officia, vel commercia secularia non exerceant maximè inhonesta. Mimi jocularibus & histrionibus non intendant, & tabernas prorsus evitent, ni fortè causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas vel taxillos non ludant nec huiusmodi ludis intersint. Coronam & tonsuram habeant congruentem, & se in officiis divinis & alijs bonis exerceant studijs diligenter. Clerici clausa deferant desuper indumenta, nimia brevitate, vel longitudine non notanda. & infra. In Ecclesia superindumentis lineis omnes utantur, nisi Monachi fuerint, quos oportet deferre habitum monachalem. Magni & universalis Concilij 4. Lateranensis sub Innocentio 3. cap. 16. Anno Domini 1215. Convenerunt simul plusquam 1100. Patres, Primo enim aderat summus Pontifex, deinde duo Patriarchae Metropolitanis septuaginta septem, Episcopi 412. Abbates autem & Priores vix 300.

Uc

Ut Clericalis ordinis honor debitus
 seruetur, auctoritate præsentis Conci-
 lij decernimus, ut tam Archidiaconi
 quam Decani, & omnes alij in persona-
 tibus & dignitatibus constituti, & om-
 nes Decani rurales & Presbyteri de-
 center incedant in habitu Clericali, &c.
*Concilij Oxoniensis sub Honorio 3. Papa cap.
 de habitu Clericorum. Anno Domini 1222.
 Præsidebat Stephanus Cantuariensis Archie-
 piscopus.*

Et nec ipsi (scilicet Presbyteri) nec alij
 Clerici comam nutriant, sed honestè
 tonsi & coronati incedant, &c. A crapula
 quoque & ebrietate, & alijs quibus ho-
 nestas eorum deformatur, omnino Cle-
 rici se abstineant vigilanter: ad quæ om-
 nia studiosè observanda, &c. à superio-
 ribus suis compellantur. *Ibidem cap. quod
 incipit, Et nec ipsi, cuius titulus est, ne Clerici
 comam nutriant.*

Quoniam in habitu Clericorum qui
 non Clericalis videtur, &c. grave scan-
 dalum laicis generatur, firmiter statu-
 endo præcipimus ut ad formam de ve-
 stibus Clericorum, &c. in Concilio
 generali edicta (scilicet in quarto Latera-
 nensi supra citato) per subtractionem

beneficiorum ab Episcopis restringantur ita quod in mensura decenti vestes habeant, &c. in Ecclesia coram Prælati suis in conventu Clericorum, & & ubique in parochijs suis, &c. *Concilij Londinensis auctoritate Ortonis Legati Sedis Apostol. congregati. can. qui incipit, Quoniam in habitu. &c. circa medium Concilij, sub Gregorio Papa 9. Anno Domini 1227.*

Edicto perpetuo prohibemus ne Clerici comam nutriant, maxime Sacerdotes, qui taliter tondeantur, ut pateant eis aures. Cæteri inferioris ordinis in tonsura non multum discrepent ab eisdem, & coronam desuper congruentem habent. *Concilij Salisburgensis constitutione, que incipit. Edicto perpetuo, tempore Gregorij Papa 10. Anno Domini 1274.*

Licet sit canonica sanctione statutum ut excommunicentur Clerici arma portantes, & ut habitum, tonsuram, & coronam deferant congruentem, & sæpe ab Ecclesiarum Prælati, jurisdictionem habentibus Clerici, &c. moneatur, ne in præmissis excedant, eorum tamen parvipendentes monitionem non videntur de excommunicatione cura-

de. Volentes prædictos, spiritualia vincula contemneres, temporali pœna ab his compesci, propter quæ non modicè derogatur Ecclesiasticæ honestati statuimus ut si quis de cætero post publicationem huius Concilij, inventus fuerit publicè arma portare, absque iusta & manifestata causa, ac licentia sui Diocæsani pro quolibet armorum, à suo Prælato jurisdictionem habente, condēnetur in solidos quadraginta ad minus & c. Qui autem compertus fuerit habitum, coronam, vel tonsuram incongruentem portare, pro vice qualibet in quinquaginta solidos condemnetur. *Concilij Ravennatis sub Honoro 4. Papa Rubrica. 3. anno Domini 1286.*

Statuimus & mandamus pro honestate ordinis Clericalis, quod nullus Religiosus vel Clericus portet arma vel vestimenta alterius coloris quam jure permitti: quæ desuper clausa sint atque talaria. Coronam etiam concedentem portent qua designetur regalis esse generis, & sperare se assequi debere partem hæreditatis divinæ, quæ scilicet sit rotunda, & ita tonsi sint inferius quod aures pateant, & c. *Concilium hoc ipso in:*

¶

longe

loco declarat vestes etiam extra civitatem
debere esse talares & statuta pœna pecun-
iaria contra inobedientes, addit. Quam si
non solverit infra mensem postquam
semel monitus fuerit & ipse excom-
municatus existat. Concilij Ravenna-
zis 3 post obitum Clementis 5. Rubrica 10. De
vita & honestate Clericorum ac ornatu eorū,
Anno Domini 1314 presidebat Rainaldus Ar-
chiepiscopus Raven.

Inter cæteros Prælatorum & Cleri-
corum excessus, hoc maxime inolevit,
quod spreta in vestibus forma Ecclesi-
asticæ honestatis, plurimi delectantur
esse deformes, & cupiunt laicis confor-
mari, quodq; mente gerunt habitu con-
fidentur. Unde præter cætera quæ circa
vestes, tonsuram & habitus Clericorū,
tam in formis quam in coloribus, atque
comam seu capillos, vitamque & hone-
statem Clericorum jura statuunt, &
quæ nimium collapsa sunt, &c. Sacro
approbante Concilio innovamus, &
præcipimus diligentius observari illum
specialiter ab usum (eodem approbante
concilio) decernimus penitus abolen-
dum quod in quibusdam partibus non-
nulli Clerici, &c. etiam) quod magis

execra-

execramur) Prælati Ecclesiarum, &c. Longas cum magna & sumptuosa superfluitate vestes, &c. deferunt. *Concilij universalis Constantiensis Sess 43. c. de vita & honestate clericorum sub Ioanne 20. vulgo 23. Anno Domini 1414.*

Et si per sacros Canones nostrorum antecessorum & constitutiones, indecentia in vita & habitu Clericorum strictissime prohibeatur; nostri subiecti tamen, temporibus præsentibus hoc minime attendentes, tam in habitu quam reliquis ad honestatem in sortem Domini electorum spectantibus habenas suas dimiserunt. Nos igitur huic inhonestati clericorum occurrere volentes (nostrorum nihilominus antecessorum constitutionibus in suo robore duraturis) statuimus, ut quicumque clericus in sacris ordinibus constitutus, vel in minoribus & beneficiatus tantum, portaverit habitum à sacris Canonibus, vel à nostris antecessoribus prohibitum, si monitus fuerit eo ipso amissionem illius habitus incurrat ipso jure in aliquod opus pium convertendum. Et ut hæc constitutio nostris temporibus effectu non careat, suffragancis

ganeis nostris in virtute sanctæ obedi-
 tiæ, & sub interminatione divini iudicii
 præcipimus, quod per suas dioceses
 aliquos discretos & honestos Ecclesiæ
 sticos viros deputent qui prædictis cle-
 ricis, unica monitione talem habitum
 deponant, nullo amplius tempore reas-
 sumant: alioquin ipsum habitum eis pu-
 blicè auferant etiam violenter. *Concilij
 Salisburgensis Provincialis sub Martino 5. Pa-
 papæ de vita & honestate Clericorum. Anno
 Domini 1426. Presidebat Everhardus Ar-
 chiepiscopus Salisburgensis.*

Quamvis omnis gloria, cum ad æter-
 nam salutem abritus esse debeat, ve-
 rum quia militamus, illi, cum quo om-
 nis pulchritudo agri est, vilibus vesti-
 bus uti non debemus, absurdum ergo
 & reprehensibilem quorundam clerico-
 rum abusum, qui lugubres & luctuosas
 vestes induunt, & febiliores quam sua
 congruit honestati, ex eo se reddunt,
 quia parentes, consanguinei que eorum
 & amici corruptibilem carnis nostræ
 molem deponentes ad æternam patriam
 de præsentis exilij miseria convola-
 runt, penitus abolere volentes, cum &
secundum sententiam ore benedictio
 pro

prolatam: qui credit in Christum, etiam si mortuus fuerit vivet, presentis constitutionis serie, sacro approbante Concilio, statuimus ut ulterius luctuosas vestes induere Clerici in sacris ordinibus constituti vel beneficiati nostræ Provinciæ non audeant. Contrarium vero facientes eo ipso à perceptione fructuum suorum beneficiorum per tres menses qualibet vice sint suspensi, medietatem prædictorum fructuum pro expensis sequentis Concilij, medietatem vero pro teste Synodali eos accusante applicandam. Episcopi autem & alij Prælati præmissa observare teneantur, & si contra fecerint, viginti florenorum pœnâ, pro qualibet vice eo ipso incurrant Concilio sequenti applicandam. *Concilij Tolletani sub Sixto Papa IV. habiti capite cuius titulus est, quod Clerici non induantur luctuosis vestibus Anno Domini 1473.*

Singulari cura intendat quisque Prælati, ne hi quibus præest vestes varij coloris &c. deferant, sed longis atque talaribus utantur &c. Barbam & comam non nutriant, coronam & tonsuram deferentes, tum summo opere curante, ne quem laicorum indecentia
vesti-

vestitus offendant ut sacris canonibus
cautum est. *Constitutionum Cardinalis
Campegij de Latere legati. factarum Ratisbo-
na ad reformandum Clerum Germania can.
2. Sub Clemente 7. Anno Domini 1524.*

Omnes Clericos, maxime in sacris
constitutos admonitos esse volumus :
secum in sanctorum loco sint, necessi-
tatem bene vivendi, non licentiam pec-
candi esse assecutos. Idcirco eos hor-
tamur ut opera sanctorum exercent,
luceantque coram hominibus opera eo-
rum, fiatque verè illud sal Evangeli-
cum. In ministerio vigilantes & solli-
citi, plantent, evellant, dissipent :
& cum summo studio ædificent quæ
pietatem respiciunt. Insuper professio-
nem suam probent habitu, scilicet ut
per decentiam habitus extrinseci, in-
trinsecam morum honestatem osten-
dant. Vestitus ergo clericorum, maxi-
me in sacris constitutorum, non sit ex-
pectoratus: sed à collo desuper undique
clausus, à manicis, lateribus, & re-
tro. Cum elationis habeat calumniam,
quicquid propter venustatem non pro-
pter necessitatem accipiunt: & ne
bona Ecclesiæ quæ pauperum sunt, in
factum

fastum & corporis ornatum (qui à sa-
crato ordine alienus esse debet) con-
vertantur : inhibemus omnibus & sin-
gulis Ecclesiasticis nostræ Provinciæ ,
ne vestimentis exterioribus & sagis ob-
longis sericeis , in publico aut domesti-
cè utantur , sub pœnis arbitrio diœce-
sanorum imponendis. *Ex decreto mo-
rum. Concilij Senonensis cap. 23. Cuius
titulus est qualis debet esse habitus clericorum
& virorum Ecclesiasticorum. Anno Do-
mini 1528. sub Clemente 7. Presidebat
Eminentissimus dominus Antonius à Pra-
to Cardinalis presbyter , Archiepiscopus Se-
nonen. Galliarum ac Germania Primas ,
nec non Albigenfis Episcopus & Francia
Cancellarius*

Vestes sint calares , non fronciatæ ,
nec nimia amplitudine superfluæ , nec
plus æquo constrictæ , in quibus clerica-
lis ordinis honestas & modestia , fastus
jactantia , vel elationis vitium depre-
hendatur. Non etiam Camisias gestent
(quod dicunt fronciata ; Ipsi quoque
Clerici in sacris præsertim constituti ,
&c. neque comam relaxent aut bar-
bam nutriant , sed tonsuram , Coro-
nam

nam seu resuram habeant secundum ordinem suam honeste ralam. *Ibidem c. 24.*

In incessu quoque honestatem exhibeant, ut gravitate itineris, mentis maturitatem ostendant. Incompositio enim corporis, risus dissolutus, indecens oculorum vagatio inæqualitatem indicant mentis. *Ibidem cap. 25.*

Clerus nostræ Diœcesis, Corona tonsura & incessu decorem servet, superiore veste talari indutus. *Concilij Augustani auctoritate Ottonis Cardinalis Episcopi Augustani celebrati 5. Anno Domini 1548. sub Paulo Papa 3.*

Quia verò etsi habitus non facit Monachum, oportet tamen Clericos vestes proprio congruentes ordini semper deferre, ut per decentiam habitus extrinseci, morum honestatem intrinsecam ostendant: tanta autem hodie aliquorum inolevit temeritas, Religionisque contemptus, ut propriam dignitatem & honorem Clericalem parvi pendentes, vestes etiam deferant publice laicales, pedes in diversis ponentes, unum in divinis, alterum in carnalibus. Propterea omnes Ecclesiasticæ personæ, quantumcumque exemptæ, quæ aut in sacris fue-

fuerint aut dignitas, personatus, officia
aut beneficia qualiacunque Ecclesiasti-
ca obtinuerint, si postquam ab Episcopo
suo, etiam per edictum publicum mo-
niti fuerint, honestum habitum clerica-
lem illorum ordinis, & dignitati con-
gruentem, & juxta ipsius Episcopi ordi-
nationem, & mandatum nõ detulerint,
per suspensionem ab ordinibus, ac offi-
cio & proventibus ipsorum beneficio-
rum, nec non, si semel correpti, denuo
in hoc deliquerint, etiam per privatio-
nem officiorum, & beneficiorum, hu-
iusmodi coerceri possint & debeant: se-
cundum constitutionem Clementis 5.
in Concilio Viennensi editam quæ inci-
pit, quoniam invocando & ampliando,
&c. *Concilij Tridentini sessione 14. decretè
morum cap. 6. Anno Domini 1563.*

Nihil est quod alios magis ad pieta-
tem & Dei cultum assiduè instruat, quàm
eorum vita & exemplum, qui se divino
ministerio dedicarunt: cum enim à re-
bus sæculi in altiore sublati locum
spiciantur, in eos tanquam speculum re-
liqui, oculos conjiciunt, ex ijsque su-
munt quod imitentur. Quapropter sic
decet omnino Clericos sortem Domini

voca-

vocatos, vitam, moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, alijsque omnibus rebus, nihil nisi grave, moderatum ac religione plenum, præ se ferant: levia etiam delicta quæ in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur quo maxime in Ecclesia Dei & utilitate, & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentius sunt observanda, statuit sancta Synodus, ut quæ alias à summis Pontificibus, & à sacris Concilijs de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, commestationibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscunque criminibus, necnon sæcularibus negotijs fugiendis copiosè, ac salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum iisdem pœnis, vel majoribus arbitrio ordinarij imponendis, observentur, nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet suspendat. Si qua vero ex his in desuetudinem abiisse compererint, ea quàm primum in usum revocari & ab omnibus accuratè custodiri studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscunque

que

nes
flu,
ihil
ple-
icta
t, ut
era-
Ec-
ento
ob-
que
a sa-
ho-
en-
oni-
bus-
lari-
alu-
oste-
arbi-
atur,
que
: sus-
tudi-
n pri-
ibus
n ob-
scua-
que

que, ne subditorum neglectæ emen-
dationis ipsi condignas Deo vindice
pœnas persolvant. *Ibidem sess. 22. decretis
de reformatione cap. 1.*

Episcopi ex sacri Tridentini Conci-
lij autoritate per edictum ad mensem
ab eis proponendum, moneant omnes
quascunque Ecclesiasticas personas,
quæ aut sacris initiatæ sint aut dignita-
tes personatus, officia, beneficia
qualiacunque Ecclesiastica, etiam sim-
plicia obtineant, etiam si studij causa
absint, & in gymnasijs publicis, aut
ubivis locorum sint, ut qui in provincia
manent ad duos menses, qui vero ex-
tra provinciam fines, ij ad quatuor cle-
ricalem habitum sumant, ordini suo
ac dignitati congruentem; hac consti-
tuta pœna, ut qui non paruerint, si in
sacris ordinibus sunt, ab omni ordi-
num suorum munere sint suspensû, &
beneficiorum suorum omnibus anni
unius fructibus jure ipso privati sint;
quos Episcopus pijs locis arbitrio attri-
buet. Sin autem beneficium Ecclesia-
sticum nullum obtinent, alias pœnas
luant Episcopi iudicio. Si qui autem
post mensem transacto tempore, in
edicto,

edicto ad Clericalem habitum sumen-
 dum præscripto, eum vel non suscepisse,
 vel susceptum abieciſſe, convicti
 fuerint, officijs ac beneficijs Eccleſia-
 ſticis priventur, & ſeverè præterea ab
 Episcopo puniantur. Presbyteri, Dia-
 cono, Subdiacono ceterique Clerici,
 Clericali tonsura ſunt inſigniti ad eam
 formam quam ratio uniuſcuiusque or-
 dinis, Episcopi arbitrio poſtulabit.
 Comam verò & barbam ne ſtudioſe ita
 recidatur, ut pili in ſacrificio Miſſæ
 Chriſti Domini Corpus & ſanguinem
 ſumentem non impediunt, &c. Ne ſe-
 rico veſtimento aut ornamento domi
 aut foris utantur; &c. Camiſias ad col-
 lum & ad manus criſpas & rugoſas vel
 artificio elaboratas rejiciant. Collare,
 quod dicunt, ſimplex, ac modice latum
 honeſte reclinetur. Externa veſtis ſim-
 plex ſit ac talaris, *Concilij 1. Mediola-
 nenſis provincialis in ſecunda parte Conſtitu-
 tionum. cap. de Clericorum veſtitu ſub Pio 4.
 Papa præſidebat ſanctus Carolus. Anno Do-
 mini 1565.*

Sacerdotes in ſacramentorum admi-
 niſtratione ſemper ſuperpelliceum &
 Atolam adhibeant *ibidem eodem cap. ſine.*

Ne

Ne Sacerdos neve Clericus cuiusvis ordinis pro foribus Ecclesiæ stet, aut officinas obeat, aut via incedat, aut extra Ecclesiam exeat superpelliceo indutus; nisi cum processiones aut aliud Ecclesiasticum munus & officium obit quod superpelliceum requirat. *Concilij 3. Mediolanensis provincialis sub Gregorio 13. cap. de ijs qua partim ad ordinis Sacramentum, partim ad Clericorum honestatem ac studia pertinent, ante medium. Anno Domini 1573. presidebat sanctus Carolus.*

Clericus Sacerdoti Missam celebranti ministrans semper indutus sit superpelliceo puro & mundo, eoque non lacero, neque ulla alia ratione indecenti: si contrafecerit, tum ipse, tum sacrista, tum Ecclesiæ præfectus, tum Sacerdos etiam qui sibi ministrare permiserit plectatur arbitratu Episcopi. *Concilij 4. Mediolanensis sub Gregorio 13. Constitutionum secunda partis, Capite, qua pertinent ad sacratissimum Missæ sacrificium & divina officia ante medium Anno 1576. presidebat sanctus Carolus.*

De tonsura Clericali decretum in Concilio provinciali primo confeci-

L

mus:

mus: sed ut pro ordinis quo quisque initiatus est ratione illam magnitudine distinctam, conspicuè ferat; certam atque præfinitam illius formam hoc decreto describi placuit; quam omnes ita servare jubemus, ut neque ea minorem, nec verò etiam maiorem quisquam omnino Episcopo inferior gerat, quacunque dignitate ille præditus sit. Sacerdotalis igitur tonsuræ forma, in orbem ducta latè & amplè pateat uncijs quatuor. Diaconalis vincia una minor, Subdiaconalis aliquanto angustior quàm diaconalis. Minorum denique ordinum Corona lata sit undique uncijs duabus. *Concilij Mediolanensis 5 provincialis, constitutionum parte 3. Cap. que ad Clericorum honestatem pertinent, tempore Gregorij 13. Papa Anno 1579. in eo præsidebat sanctus Carolus.*

Clericus qui amictu Clericali indutus, incedit; ne in propinquorum, ne parentū quidem obitu, vestes lugubres more laicorum induat, gestetque. Neque vero vestis formā, aut panni genus; quoclerum universum uti moris est, commutet, sed pium erga propinquos mortuos charitatis studium officiumque præ
se ferat

seferat omnia alia ratione, quæ cum clericalis ordinis decore, dignitateque omnino conveniat. *Ibidem eodem Capite.*

Clericorum vitam habitu, studijs, conversatione decet esse integram, ut qui alijs ordine præfunt, etiam exemplo, & laudabili morum, & studiorum institutione præluceant. *Et infra*, in signe clerici tonsura est ac vestis talaris: qui igitur in clericalem militiam adscitus est, norit à se hoc primum requiri, ut habitum & tonsuram deferat, qui non detulerit sciat se pœnis juris subjacere. *Concilij provincialis Aquileiensis sub Clemente 8. cap. de vita & honestate clericorũ initio. Anno Domini 1596. præsidebat Franciscus Aquileia Patriarcha & Princeps.*

Non æstiment qui ad subdiaconatus ordinem, & superiores proveci sunt, si beneficio Ecclesiastico careant horis Canonicis recitandis obstrictos non esse, omnino vero intelligant quemadmodum qui beneficium habent, Ecclesiasticum, horas canonicas non recitantes, ultra peccati mortalis reatum amissione fructuum plectuntur; ita illos omittendo horas canonicas mortale

liter peccare, nec se prætextu beneficij non adepti excusare posse. *Et paulo infra* Qui muneris sui partes neglexerit, & convincialiquo modo poterit, vel non recitare, vel ordinem recitandi non intelligere, pœnis debitis etiam in foro exteriori, ultra peccati reatum, plectendum & suæ correctionis beneficio & aliorum exemplo decernimus. *Ibidem eodem cap. ante medium.*

Habitu clericalem in civitatibus, terris & oppidis dicimus esse vestem talarem collo constrictam, cum pallio superiore longo, *Et paulo infra.* Colorem nigrum modestiæ clericali aptum, Convenientemque dicimus, colores alios quoscunque in manicis & fibulis caligarum damnamus. *Ibidem eodem Capite etiam ante medium.*

Omnibus & singulis quæcunque sine dignitate, officio ac beneficio præditi, quibus divinis in choro interessendi munus est adjunctum, sub suspensione à divinis interdiciamus, & inhibemus ne in chorum ad divinorum interessentiam ascendant sine veste coloris nigri usque ad talos demissa & ad collum constricta, & superpelliceo decenti, *Et paulo infra,*

infra, si enim locis omnibus clerus ornatus esse debet, multo sane magis in loco sacro, & in choro ubi laudes Deo persolvuntur, gratiæ aguntur, postulationes fiunt, esse debet. *Ibidem eodem cap. similiter ante medium.*

Si quis sanctas ac venerabiles has constitutiones parvi pendat eis obedire detrahens, legat pro amore Dei sequentes.

IN iudicio Dei ignis æterni tormenta sustinebit qui Ecclesiastica decreta neglexerit. *Sancti Clementis Epistola 1. in fine Anno Domini 93.*

Sacris patrum regulis & constitutionibus inobedientem suscipere non possumus nec debemus, &c. quia infames omnes censemus, qui &c. Apostolicam vel regulam postponunt auctoritatem. *Dionisij Papæ epistola. 2. circa finem Anno Domini 260.*

Violatores canonum voluntariè, graviter à sanctis patribus judicantur, & à sancto Spiritu; cuius instinctu ac dono dictati sunt; damnantur, quoniam blasphemare in Spiritum sanctum non incongruè videntur, qui contra eosdem

facros Canones, &c Aliquid aut protervè agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio, manifestè unū genus est blasphemantium in Spiritum sanctum, quia contra eum agit cuius nutu & gratia sancti Canones editi sunt. *Ex decretis Damasi Papa, decreto 4. extant. tom. 1. conciliorum post eiusdem Epistolas. Anno Domini 367.*

Per æquam & regiam divinæ justitiæ viam inoffensè incedere volentes, veluti quasdam lampades semper lucentes, & illuminantes gressus nostros, qui secundam Deum sunt sanctorum patrum definitiones & sensus retinere debemus. Quapropter & has ut secunda eloquia secundum magnum & sapientissimum Dionysium arbitantes, &c. canimus. (*Secunda eloquia patrum dicit, quia divina prima sunt*) hac parentesis est in margine: deinde idem canon prosequitur. Luci enim veraciter assimilatae sunt divinorum canonum hortationes, & dehortationes secundum quod discernitur melius à peiori, & expedient atque proficuum ab eo quod non expedire sed obesse dignoscitur. Igitur regulat

gulas quæ sanctæ Catholicæ ac Aposto-
licæ Ecclesiæ, tam à sanctis famosis-
simis Apostolis, quam ab orthodoxo-
rum Universalibus, nec non locali-
bus Concilijs, vel etiam à quolibet
de illoquo patre ac magistro Ecclesiæ
traditæ sunt, servare ac custodire pro-
fitemur: *Concily Constantinopolitani 4. &
generalis 8. sub Hadriano 2. Papa actione 10.
cap. 1. Anno Domini 870.*

Decrevit sancta synodus (scilicet
*Chalcedonensis cap. 19. Secundum Cano-
nes bis in anno Episcopos in idipsum in
unamquamque provinciam convenire,
&c. Et corrigere si quædam emerferint.*
Ex quo patet quod authenticæ sanctio-
nes, etiam provincialia Concilia fieri
præcipiant quod in cassum præciperent,
nisi ut nos eorum Conciliorum sententi-
as observare decernerent: *& infra, Si enim
non parvæ stultitiæ constat, si quis cu-
juslibet unius hominis sancti Concilio
acquiescere derectat, quanto magis re-
prehensibile videretur, si quis impuden-
ter resistat huiusmodi Conciliorum sta-
tutis non unius sed plurium sapientum
auctoritate & iudicio prolatis atque*

probatis. *Et infra*, quapropter nec provincialium Conciliorum statuta à quolibet sunt respicienda. *Conc. Rom. I. sub Greg. 7. Papa an. Domini 1704. c. 4.*

Verum si quis iterum consuetudinem contrariam esse opponat, hac sequentia ipsi respondeantur.

Perniciosa consuetudo nequaquam est recipienda quæ maiorum statuta præteriens omnem Ecclesiæ ordinem perturbavit. *Concilij provincialis Toletani 4. cap. 18 sub Honorio Papa anno Domini 633.*

Quanto ex consuetudine inolevisse restantur, quam nos è contra tanto studiosius de Ecclesia Dei eradicate volumus, quanto nimium noxiam esse Clericis, & omni religiosæ plebi supra docuimus. Quantoque scimus ex sacris Canonibus, quod non minus mala consuetudo, quam perniciosa corruptela vitanda sit: & scimus quod paulatim crescens, jam suæ pestiferæ nequitie gramine multos invaserit, adeo ut temeritas hæc tantum excreverit, &c. *Nicolai 1. Papa cap. 2. §. penultimo. Hoc extat tom. 3. Conciliorum, parte 1. sectione 2.*

inter

inter eius Epistolas scilicet inter septimam & octavam. Hic Pontifex vivebat circa annum Domini 858.

Mala consuetudo quæ non minus quam pernicioſa corruptela vitanda est, niſi citius radicitus evellatur, in privilegiorum jus ab improbis assumitur: & incipiunt prævaricationes & variæ præsumptiones ceſſerime non compressæ pro legibus venerari & privilegiorum more perpetuo celebrari. Idem Epistola 47. qua est ad Hincmarum Archiepiscopum Rhemensem. Circa finem.

HÆc pauca sacrorum decretorum fragmenta, qua nec tua, amice Lector, nec mea sunt, sed Ecclesia sancta Dei, quaſo, ne respuas, nec ad eum, qui benigne, collecta simul, tibi quidem offert, sed potius, ad fontes salvatoris, ex quibus illa hausta sunt attende; ea sereno vultu respice: quanta sint auctoritatis animadvertite: in tuam ac multorum utilitatem & ædificationem converte. Audiamus quaſo omnes Ecclesiam loquentem, humilime ascoltemus hortantem, atque precipientem, ne tanquam Ethnici & publicani habeamur:

mur : est enim mater nostra , at si est ma-
 ter , ubi est honor eius ? sumus tanta matris
 filij veri , ei promptè obediētes , ut Deum
 Patrem merito appellare valeamus. Unani-
 miter oremus omnes , uti solebant antiqui-
 us Christiani prisci (quorum cor unum
 erat & anima una) dicamusque , cum
 Ecclesia sancta Matre nostra orante pro
 Clericis filiis suis. Dominus noster Iesus
 Christus , donet nobis spiritum sanctum ,
 qui habitum religionis in nobis in perpetuum
 conservet , & à mundi impedimento ac
 faculari desiderio corda nostra defendat : ut
 sicut immutamus in vultibus , ita dextera
 manus eius virtutis tribuat nobis incrementa ,
 & ab omni cecitate spirituali , & huma-
 na , oculos nostros aperiat , & lu-
 men nobis aeterna gratia conce-
 dat. Amen.



S. CAR.



M O N I T I O N E S

S. CAROLI BORROMÆI
ad Clericos, in Concilio IV. Pro-
vinc. Mediol. Const. Parte III.

PER Vetus illud institutum est tūm
sanctorum usu, tūm Ecclesiæ aucto-
ritate comprobatum, ut quæ sacerdo-
talem, Clericalemque disciplinam, of-
ficia, ac partes eius maximè attingunt,
ea certis monitionibus comprehensa,
ab Episcopo in Synodis Clero propo-
nantur. Cuius instituti ratione, atque
exemplo nos adducti, de Episcoporum
nostrorum consilio, atque assensu, mo-
nitiones, infrà ordine præscriptas, e-
dendas censuimus: quibus pro libito suo
unusquisque Episcopus addat, & detra-
hat, prout Ecclesiæ suæ Clero pro tem-
porum ratione utile esse viderit: tūm il-
las in unaquaque Diocesana Synodo,
Sessione publica, universo Clero de li-
bro accuratè legi, graviterq; pronun-
ciari

ciari mandet ; ut , quò sæpius repeti-
ta , frequentiorique studio illæ tradi-
ta , atque expositæ sunt , eò diligentius ,
ac religiosius sanctis Ecclesiasticæ dis-
ciplinæ , vitæque officiis univèrsus Cle-
rus in omnes sese partes conformet.

Primò , fratres , & filij in Christo
charissimi , memores perpetuò estote
vocationis , qua vos dignatus est Domi-
nus noster.

Qua assidua recordatione , memoria-
que excitati eam vos virtutem induite ,
ut videant alij , quasi lumen aliquod
vestram sanctitatem elucere . Quæ si
magna in alijs vitæ Christianæ institu-
tis requiritur ; certè in vobis , qui my-
steriorum Dei ministri , divinæque gra-
tiæ dispensatores estis , maior inesse
debet.

Et sicut sacro ordine à reliquis ho-
minibus seiuncti estis ; ita à communis
fidelium vitæ usu seiuncti , præcipuum
quoddam , atque hoc præstantius vi-
vendi genus sequimini , quo ordinis dig-
nitate præcellitis.

Cœlestem in terris vitam , tamquam
Angeli Dei , moribus vestris exprimere
usque ad eò studete , ut à vobis divina-

rum

rum virtutum exempla ad cæteros emanent.

Una animi consensione, unoque spiritu in ijs elaborate, ut & divino cultui, & cœlestium rerum meditationibus, & orationi, & sacrarum, Ecclesiasticarumque literarum studijs vacetis: tùm depositis læcularibus, vanisque sollicitudinibus ab omni vitio alieni, in via Domini rectè ambuletis.

Charitatem imprimis, quæ Seminarium est omnium virtutum, omni studio amplectimini.

Humilitatem, Mansuetudinem, Patientiam, Justitiam, Temperantiam, officiaque Christianæ pietatis reliqua colite. Quæcumque denique sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque sancta ac religiosa, ea cogitate, eaque agite.

Virtutes sanctorum Patrum quas præcipuas, & quasi hæreditarias nobis ad imitationem reliquerunt, non ad umbrare solum; sed omninò exprimere certatim contendite.

Utque illi, sic vos abstinentiæ, & jejuniis dediti, Clericalis disciplinæ, ac vitæ castissimæ studiosi, tùm patriæ cœ-

lestis sitientes, Deo servite assiduis divinarum laudum officijs, & in Ecclesia, quasi in perpetua vestra Sacerdotali, Clericalique statione, continenter versamini.

Quæcumque demùm de muneris vestri partibus, de vitæ modo, vel Pontificum sanctionibus, vel Oecumenicis Cõcilijs, vel Provincialibus, Diocesanicisq; Synodis, vel alia ratione præscripta sũt, ea vos servate, ac præstate diligenter.

Omnes, qui Canonicarum horarum officijs devincti estis, stas eas preces horarias recitate ad præscriptam Calendarij anniversarij rationem, ac ritum.

Nec verò negligenter, sed attentè piè, decorè, supplicique mente illas dicite.

Studiosè propterea legite, quæ præsertim à beato Antonino Archiepiscopo conscripta sunt, de negligentia in persolvendis horis Canonicis, ut quæ e nomine errata sunt, omninò caveatis.

Expletis Canonicarum horarum officijs, si quid in illis aut negligentia, aut aliã culpã commiseritis, paululum colligentes vos, veniam à Deo petite.

Qui Sacerdotes estis, Missæ sacrificiũ sæpius facite sanctè ac religiosè.

Ad

Ad illud faciendum parate vos omni pietate, in tam alti mysterij meditatione toto animo defixi; & quò purius id faciatis, propriam conscientiam diligenti, accurato, frequentique examine discutite; tum singulis saltem hebdomadis, atque aded sæpius & omnino semper, cum peccati mortalis conscij estis, uni è Confessarijs Sacerdotibus, ad Cleri confessiones audiendas constitutis, confiteamini.

In ea sanctissimi sacrificij actione ab erroribus vel levissimis omnino cavete.

Quæ de illo piè, ritèque celebrando præscripta sunt, ea vos studiosè, diligentèrque servate.

Diaconi, Subdiaconi, & Clerici inferiorum ordinum, quicumque estis, quæ de confitendis sæpè peccatis, de Communionem frequenter sumenda vobis iussa sunt, integrè, & sanctè omnia ut debetis, præstare.

Confessarios Sacerdotes, per nos vobis constitutos, quos etiam tanquam vitæ vestræ duces, ac magistros elegimus, adire.

Ecclesiasticæ militiæ omnes vos adscripti estis; ad pietatis, religionis-
que

que exercitationes vos vocatos esse cognoscite.

In omni imprimis sancta oratione vos assidue exercete; tum in meditationis, tacitaque pia orationis studio singulis diebus, certo temporis spatio, toto castissimi animi sensu incumbite.

Hæc sanctis precibus, præter cætera, supplices, præsertim afflictis rei Christianæ temporibus, orate patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis.

Ut misereatur populi sui.

Ut fidelium animos ad vitia fugienda, ad virtutesque amplectendas sancti Spiritus sui ardore inflammet.

Ut è Principum Regumque animis evellantur, si quæ sunt discordiæ, semina.

Ut ij una animi consensione Christi regnum propagare studeant, unamque Dei gloriam, atque Ecclesiæ matris defensionem propositam habeant.

Quicquid verò temporis à divinis officijs, ab orationis, contemplationisq; exercitatione, ab Ecclesiasticis functionibus, & ab alijs necessarijs actionibus vacuum habetis, non in otio, neque in
desi-

desidia, nec verò in rerum novarum curiositatibus illud conterite : sed cum in sortem Domini vocati sitis, in eius lege die, ac nocte meditemini.

Sacrarum igitur literarum studia diligentius colite, quæ usque adeò complecti debetis, ut qui aspernetur, contra eum dicat Dominus. Quia tu scientiam repulisti, & ego repellam te, nec Sacerdotio fungaris mihi.

Frequentes ad statas lectiones, & ad literarum tractationes vobis præscriptas convenite.

Attento animo in ijs adeste, atque in dies ad uberiores sacrorum studiorum fructum, progressionem aliquam habere, ut ad Episcopatum aliquando vocati, & diligentia, & doctrinae testimonium detis.

Si qui estis, qui vel tarditate ingenij, vel ingravescente ætate magnum in literis progressum habere non potestis, ne desiste tamen primum oratione frequenti intelligentiam vobis necessariam à Deo petere; tum eò diligentius, ad pieratis, modestiaque studium, ac sanctorum morum disciplinam incumbite : tum sapius Sacerdotes peritiores

con-

consulite; & ad Clericales, Sacerdotalesque exercitationes convenite, & libentius, & frequentius.

Concionibus etiam, atque lectionibus sacris, quæ in Ecclesia constitutis diebus habentur, cum omnes quicumque estis, tum maxime quibus potissimum conciliaribus decretis jussum est, quo decet, habitu frequentissimi adeste.

Lectio Librorum spiritualium, & clericalium, qui probati sint, animos, mentesque vestras pascite.

Quatuor præsertim locos, ex Catechismi Romani doctrina, de duodecim fidei articulis, de septem sacramentis, de oratione Dominica, in promptu, atque explicatè habere, omni studio contendite.

Cum ijs, & præceptorum Ecclesie cognitionem, & preces horarias recitandi peritiam, & Ecclesiasticorum rituum, caeremoniarumque notitiam conjungite.

Pauculos libros, quorum necessarius delectus vobis, decretis, vel Provincialibus, vel Diocesanis præscriptus est, habere ne omittite, aut negligite.

Qui pro facultatibus, proque studio-
rum

rum ratione plures possunt, eorum optamus, & laudamus in ijs comparandis diligentiam.

Ad libros de rebus jocosis, ridiculis, obscœnis; inanibus, ad poësisque profanæ studium pertinentibus, vulgari, aut latino sermone conscriptos, procul abjicite.

Nec verò musicæ cantiones ridiculæ; voluptuosæ, parumque pudicæ exaratas adhibete.

Quotidie aliquid ex sacris Bibliis legite, ac, si per Ecclesiasticas occupationes licet, qui apti estis, aliquid item ex sanctorum Patrum opusculis, Gregorij Magni Pontificis, Cypriani, Ambrosij, Augustini, Chrylostomi, Bernardi, & aliorum; qui sanctitatis & doctrinæ laude in Ecclesia celebrantur.

In ijs ad legendum, sanctissimum patrem Ambrosium Episcopum vobis potissimum proponite.

Illius præcipuè librum de Sacerdotali dignitate legite, quo libro Ecclesiasticos homines commonuit de perfectæ vitæ institutione.

Libros item officiorum, quos ubi primùm Episcopus is factus est Cleri
Medioꝝ

Mediolanensis potissimum causâ edit, in manibus assiduis habete.

Hos, atque alios præterea libros de Sacerdotalis, Clericalisque vitæ rationibus, & officijs, de animarum cura, de Christianæ pietatis studijs, & exercitationibus, deque alijs eiusdem generis piè confectos, ità legite, ut quæcumq; ad vitæ sanctæ normam accommodata ex illis animadvertistis, ac didicistis, moribus exprimatis.

Conciliorum item Provincialium, & Diœcesanorum Constitutiones, & decreta non percurrere solùm; sed usq; ad eò studiosè legite, ut, quæ legeritis post etiam taciti vobiscum aliquando mente reputetis, ac videatis simul non solùm si quicquam est, quod contra illorum præscriptum egeritis, verùm si quid etiam aliud est, quod ex eisdem exequi, præstareve omiseritis, aut neglexeritis. Quod ut præstetis, curate omninò, atque efficite.

Estis, divina misericordia in Ecclesiastico ordine constituti, ad gloriam Dei conservandam, propagandamque: ideo tùm ordinis vestri ministerium, quod explere debetis; videte, tùm
illius

illius dignitatem , ac decorum ser-
vare.

In incessu, statu, gestu, ita vos præ-
bere, ut ab Ordinis, quem suscepistis,
nomine, & ratione, nullo sanè modo
discrepetis, proposito vobis beati pa-
tris Ambrosij iudicio, qui Clero adscri-
bi hominem recusavit, propterea quòd
eius gestus, & incessus dedeceret.

Habitu non exquisito, non delicato
nimis, non serico, ne ornamento qui-
dem: rursus non sordido, non negle-
cto, sed gravi, & talari, atque eiusmodi
tum domi, tum foris pro uniuscuiusque
vestrum ordinis, gradusque ratione uti-
mini, ut à decretis eo de genere editis,
nulla in re, vel minima, discedatis.

Coronam, quod insigne est ordinis
Clericalis, pro ratione Ordinis, quo
vos singuli initiati estis, latam, & con-
spicuum deferre.

Parca, & frugali mensa contenti si-
tis, & superpellectili etiam modesta,
ac renui potius.

Ab omni splendido apparatu, pompa-
que sæculari abstinere.

Quæcumque acu picta, variè intex-
ta, aulæa item, peristromata rejicite.

Ima

Imagines dominon profanas, sed eas habete, quæ pietatis, ac religionis argumentum, & adiuventum præbeant.

In omni vita à fastu, luxu, ambitu, ambitione ve, & à vanitate longè refugite.

Nec verbis quidem præscriptum vitæ modum pervertite.

Nihil scurriliter, nihil jocosè, nihil indecorè, nihil turpiter loquamini.

Absint à vobis maledicta, obrectationes, curiositas, levitas, assentationes, ac nugæ.

Temperantiæ Clericalis disciplinam vobis præscriptam in reliquis etiam omninò tenete.

Comestationes, comotationes, conviviva publica, laicaliave tum maximè in quibus mulieres interfunt, evitare.

Hospites excipite: at illis excipiendis intra parsimoniæ fines vos continete: ità ut Clericalis frugalitatis, non sumptuosi convivij testes illos habeatis.

A Ludis, spectaculis, circulatorumque atque id genus vilium hominum præstigijs procul estote.

Arma abjicite.

Sic denique cor vestrum corroborate

te ut inania spectacula non appetat, à mundi ludis, atque ineptijs abhorreat.

Sensus autem vestros ita dirigite, ut cum à Deo utiliter dati sint tanquam rationis ministri, ne eos perperam adhibeatis, sicut fœllices cupiditatum.

Sit igitur vester oculorum aspectus simplex, & pudicus.

Aurium sensus, castus, & prudens; casta mens, casti omnes sensus.

Vitæ, & morum consuetudo casta, & spiritualis.

Ad eorum Sacerdotum, qui in ejusmodi vitæ studijs, ac disciplina exercitari sunt, familiaritatem vos adjungite, ex qua nobis, vestræ ad sanctè agendum progressiones constent.

Ad castitatem autem conservandam munite omnem viam.

Legite propterea sæpè illum beati Cypriani Martyris de singularitate Clericorum librum, qui vos in hac, ut in alijs instruet virtutibus.

Suspectarum autem mulierum consortium omninò vitare.

Cum alijs verò quibusvis mulieribus, quamvis vel arctissimo consanguinitatis, vel affinitatis vinculo vobis

bis

bis illæ coniunctæ sint, ne in eisdem domiciliis, ædibusvè simul habitare, nisi cum ex causa alicui vestrum aliquando Episcopalis literis permissum sit.

In famularu laicorum ne sitis, multò minùs fœminarum, quamvis nobilium.

Ne verò illas Musicam, literasvè docete, nisi scripta nominatim facultate ab Episcopo permissum cuiquam sit.

Ædes Ecclesiasticas ne laicis locate, nisi concessu Episcopali.

Ac ne ipsas quidem patrimoniales locationi ijs date, quorum vita moresvè suspecti sint.

Sæcularibus verò negotiis, ut est sancti Pauli Apostoli documentum, ne vos implicate.

A cuiusvis generis mercatura quaestuosâ, omni negotiatione, prædiorum conductione, tum aliis, ut Provinciali decreto vobis interdictum est, prorsus cavete.

Ne pecuniæ, lucrive avidi sitis: nemo potest servire Deo, & Mammonæ: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; aut unum sustinebit, & alterum contemnet, inquit Christus Dominus,

Si qui pauperes estis, ne cupiatis divites fieri, ut ne incidatis in tentationes multas, & in laqueum diaboli.

Paupertatem vestram, ne moleste ferre: paupertatem dilexit, & docuit cœlestis magister Christus, qui nascens in præsepio ponitur, & nudus in cruce moritur.

Scitote paupertati socias adjungi, sobrietatem, abstinentiam, & reliquas virtutes, quibus prælucere oportet ministris Dei.

Proponite vobis sanctorum veterum patrum vitam, qui lucrum non spectabant, temporalia non quærebant, & nihil istamen deerat; imò in paupertate illis aliquando abundabat, quod alijs erogarent.

Ne igitur quia tenuem redditum habetis, lucrum quærite, nec quæstum vos appetendo, injuriam vestro ordini facite, avaritiæ sordibus volutati.

Non sæculi vos mercatores, non Mammonæ ministri estis, sed Christi mercatores, nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, sed bonorum operum abundantia, cum charitate conjuncta, facite thesauros in cœlis.

Strudete vos lucrari animas Deo, & celeste horreum augere.

Exemplo sanctorum, vos paupertate, sobrietate, ac parsimonia ita agite, ut non modo a supervacanearum rerum visibus abstinentes, sed vestro etiam defraudantes victu, Ecclesias vestras, & Altaria exornetis, sarta, tecta habeatis, sacra suppellectili instruatis. Alienis item necessitatibus subveniatis, & pauperibus opitulemini.

Qui uberores Ecclesiasticos redditus habetis, Ecclesias e quarum prædijs fructus percipitis, eò magnificentius, & augustius, quò amplioribus donis, bonisve, angustiorique liberalitate illæ dotatæ sunt, illustri structura, præclaro opere reficite, egregijs muneribus exornate, tum omni Ecclesiasticæ suppellectilis apparatu instruite.

Christi visceribus substantiam Ecclesiasticam erogate, pauperibus scilicet, peregrinis, viduis, pupillis, ægrotis, in vincula coniectis, captivis, quibus egentibus, & esurientibus cum subvenire possitis, si alimenta necessaria denegatis, violatæ charitatis rei estis in conspectu Domini.

Memo.

Memores estote eius, quod à sanctissimo Patre Ambrosio scriptum est, sua, fideles eo animo obtulisse Ecclesiæ ministris, ut per eorum manus, quorum fidei, atque integritati summa omnia tribuebant, ad pauperes pervenirent.

Vos item alij, quicumque estis, quorum fidei Christi patrimonium propriè ad divini cultus, pauperumque usum commissum est, cavete, ne ambitione, aut cupiditate prolapsi, in alium, quæ cui addictum est convertatis: idque propterea sacrilegij rei damnationem æternam subeat.

Universi autem vos, & singuli Ecclesiastici ordinis homines, ut summam complectamur, quæ muneris vestri sunt, vobiscum frequenter recolite, ministerium vestrum explete studere, sanctissima studia religionis, & officij vestri rebus alijs potiora ducite. In rerum divinarum, sacrarumque cognitionem omni cura incumbite: quæ divina, quæ sempiterna sunt, divitiarum, & honorum, & terrenarum rerum cogitationibus abjectis, amplectamini: restricto cupiditatum ardore integros, castosque vos servate:

mundi voluptates, quæ à divinis præceptis detorquent, declinate: prædiorum Ecclesiasticorum, quæ non avaritiæ præda, sed instrumenta charitati relicta sunt, redditu, & fructibus non abutimini; humilitati studete, charitatis opera præstete, induimini Dominum Iesum Christum: sanctorumque ejus facta imitami, ut & horum imitatione, & illius imprimis divinis præceptis, institutisque conformati in vocatione, qua vocati estis, dignè Deo ambuletis, tum vitæ vestræ splendore laicis hominibus lumen præferatis ad vitam sanctè instituendam, tum vos repositam vobis justitiæ coronam demum percipiatis.

Omnes prætereà & singuli, qui hujus Ecclesiæ ministerio adscripti aliquo modo estis, & Diocesium, & Ecclesias, quas in ea obtinetis, quibusque adscripti estis, stationes vestras, in quibus manendum vobis sit, putate.

In illis ipsi residete.

Ecclesiasticas ipsas ædes habitate; ibique domicilium vestrum verè constituite, & habete.

Debitis muneribus, atque oneribus
satisfacite. Alia

Alia item agite, ac præstate ex præscripta Conciliaribus decretis fructuosa, salutarisque residentia ratione.

Quicumque item Clerici minorum Ordinum estis in Ecclesijs, quibus adscripti estis, singuli Ordinis, quo initiati estis, fructiones tali pietate obite, ut digni habeamini, qui deinceps altiorum gradum assecuti, sanctæ Dei Ecclesiæ inserviatis.

Nemo autem vestrum, quicumque estis, si alicui functioni estis deputati, ab Ecclesiastica statione, personalisque residentia munere discedat, nisi causis per Episcopum probatis, & etiam concessu literis expresso.

Hæc, quæ communiter, atque universè vos moniti estis, singuli servate, studiosè ac diligenter.

Ad prætereà sigillatim, nominatimque vos, qui in Cathedrali Ecclesia dignitates obtinetis, Canonici item tum ejusdem Ecclesiæ, tum reliquarum quarumvis Ecclesiarum Collegiatarum, vel Urbanarum, vel Diocesandarum, quicumque sitis in omni Canonica disciplina officio ita agite, ut Canonice, nempe Canonum legibus ad vitam

M 3

vestræ

vestræ institutum pertinentibus, & Constitutionum Provincialium, Diocesandarumque, rationi congruenter vivatis. Idque primò maxime studete, ut in conspectu Dei omnipotentis puro corde, & casto corpore ministreris.

Tum singuli vos, Ordinis dignitati, aut Canonici annexi functiones explete: Canonicalisque muneris partes præstate; omnes in choro stans horis assistite, & ad Deum pro fidelibus, piis, religiosasque fundite præcationes.

Dum eo loco estis, memores estote adesse Christum Iesum Dominum, qui servite cum timore, & tremore.

Non pigri, non somnolenti, non oscitantes adestote; non mente vaga, non vagis oculis, non indecenti corporis staturæ.

Attentè, studiosè, ritè, piè, religiosè, divinas laudes concelebrate: & psallite Deo in conspectu Angelorum, cantantes in cordibus vestris Domino.

In Choro nemo privatim, nemo tacite officium recitet; sed omnes pariter quicumque adestis, senes cum junioribus, laudate nomen Domini in psalmis, halmnis & canticis.

A qui-

A quibuscunque colloquiis, & à literarum, librorum, lectionibus, atque omni vagatione abstinete.

Pro temporis autem, & officij ratione sedete, stare, genua flectite, caput aperite, & inclinate.

Accuratè demum omnia observate, quæ eo de genere vobis præscripta sunt, ita ut vestro exemplo alijs Sacerdotibus, Clericisque, & rectè, ritèque psallendi, & sanctè orandi, & piè agendi animum addatis.

In psalmodum autem, canticorum, & hymnorum, intelligentiam studiosè incumbite: ut dum psallitis, pro sensu sanctissimorum, quos mente concepistis, ratione, vos ad omnem pietatis, devotionisque affectum excitetis.

Non ordinariæ distributionis lucro adducti, sed Dei charitate, religionisq; cultu commoti, divinis officijs adeste, ut verè, ex animoque Psalmi verba illa concinatis. Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Divinis officijs absolutis, paululum omnes in Choro piè orate. inde abeundi signo per præfectum dato, consur-

gentes, quo ordine ad Chorum accessistis, eodem in Sacristiam redite, ubi cappas, quibus illas induiti estis, & superpellicea sine strepitu ullo, vel susurratione deponite.

Canonicales vestros conventus statis hebdomadae diebus capitulariter habete.

Omnes, qui debetis, ad illos convenite.

Inde ne discedite, nisi missione à Capituli praefecto impetrata.

Singuli ordine, & loco sedete.

Sententiam modestè dicite, & suus quisque loco, non praeposterè.

A verbis scurrilibus abstinete.

In rebus consultandis rixas, jurgia, & contumelias cavete.

In initio, & fine uniuscuiusque Capituli stas orationes dicite.

Priori loco tractanda proponite, quae ad divinum cultum, ad spiritualis vitae progressionem, ad Ecclesiasticam disciplinam tuendam, tum quae ad rerum temporalium gubernationem pertinent, ne negligite.

Cetera hoc de genere toto servate,
quae

quæ Provincialibus constitutionibus vobis præscripta sunt.

Omnia imprimis agite pace mutua, concordia voluntate & charitate fraterna vos invicem diligite. Canonici enim estis, qui sicut pro collegij ratione ex antiquo instituto una in Collegiata Ecclesia, unoque item in Canonicali domicilio collocati fuistis, ita uno pacis, & charitatis fœdere, unaque animorum consensione conjunctissimi, sicut nascentis Ecclesiæ ministri, quorum erat cor unum, & anima una, experiendo videre, sicut in Psalmo scriptum est, quàm bonum, & quàm jucundum sit, habitare fratres in unum.

Quicumque verò estis, qui inter Canonicos, Præpositi, aut Archiepresbyteri, aut alterius dignitatis nomen, gradumvè obtineris, sicut honore, & dignitate præstatis, ita virtutum exemplis, vigilantique in vestri muneris, curavè partibus obeundis sollicitudine præluce.

Parochi præterea, & cæteri quicumque estis, etiam præpositi, Archipresbyteri, alijvè, qui animarum curam geritis, præterea, quæ vos cum reli-

M s

que

quo Clero communia universè monuimus, illa etiam, quæ præcipuè de vobis decreta sunt, præstate omni sollicitudine.

In primis oves vobis concredita, cognoscendæ sunt, & appellandæ nominatim, pascendæ, & custodiendæ item.

Animarum igitur numerum in Catalogum redigite ad præscriptam normam.

Eorum, qui baptizantur, qui item confirmantur, & compatrum etiam, qui abhibentur, nomina describite.

Matrimonia in Codicem referte.

Parochiæ vestræ incolarum, vitam, & mores investigate.

Indagate omni studio, si qui hæresu contaminati sint, aut suspecti; aut qui sint, qui hæreticorum libros habeant, vendant, venales importent, vel legant, eosque statim denunciate.

Monere etiam populum, ut id ipsum etiam præster, ad nostri edicti præscriptum, quod statis temporibus de more promulgate.

Perquirite de dictis, & factis eorum, qui ex hæreticorum finibus veniunt.

Dispiciite, si qui è Parochiæ vestræ
hæsi.

finibus ad loca proficiscantur, ubi impune prædicatur, quod a Catholica fide alienum est; tum etiam an ij professionis facultate impetrata agant ad præscriptum decretum in Concilio Provinciali tertio promulgati.

Investigate præterea de ijs, qui in vestra Parochia docent, eorumdemq; mores, vitam, & fidem observate, ac reliqua de ijs ipsis præstare, quæ Concilijs Provincialibus præscripta, jussavè sunt.

Videte, & cavete, nè superstitiones, magicæ cantiones & ejusmodi diabolicæ superstitiones in populo vestro sint.

Cognoscite publicos peccatores, corruptores aliorum, concubinarios, adulteros, usurarios, blasphemos, & denunciate.

Cognoscite etiam alios populorum corruptores, qui festis diebus non Deo, sed aleis, ludis, choreis, diabolo serviunt, quique festorum dierum cultum quovis modo violant, quales & quales sint: neque observant Pontificias, neque Provinciales de diebus festis colendis constitutiones, aut Edicta Episcopalia.

Istos ab ea malè agendi corruptela

revocare, ac deterrere, omni pietatis officio studere, tùm Episcopo etiam, sicut opus erit significare, ut pro cura Episcopalis officio salutare remedium afferatur.

Rursus agnoscite etiam pauperes, viduas, pupillos, cæterosque aliena ope egentes, quibus, & re subvenite: aut si minùs re potestis, cohortatione alios accendite ad eos sublevandos.

Sique illorum gravior inopia deposit, festis etiam diebus à pia fidelium liberalitate aliquid in Ecclesia colligendum curate, ut ab Episcopo præscribatur, quod ipsis in eleëmofynam conferatur.

Seorsum etiam locupletes Parochie incolae convenite, quibus pauperum egestates proponite, & ostendite eis divitias à Deo propterea etiam esse tributas, ut inopibus succurrant.

Si qui autem potentiorum opibus in causa aliqua oppressi sunt, illos unice, atque intimè eorum patrocinio commendate, qui vel ex suscepto officio id præstare debent, vel quibus Episcopus hanc curam dederit.

Pascite in primis populum vobis commissum

missum

missum prædicatione verbi Dei, salutaribus monitis, administratione item sacramentorum, exemplo, & oratione.

In verbo Dei exponendo planè observate quæ Constitutione Provinciali, & alijs concionatoribus, & vobis præscripta sunt.

Pueros festis, Dominicisque diebus, in Doctrinæ Christianæ rudimentis instruite.

Provectioris ætatis homines ad eadem intelligenda invitare.

Patres, matresque familias monere, ut filios, filias, cæterosque quos in familia habent ad statas Doctrinæ Christianæ scholas ipsi conducant.

Confratrum, qui ijs scholis adscripti sunt, operam ad hoc institutum adhibere, curateque, ut mutua inter eos charitatis, morumque disciplina conservetur.

Alios etiam ad tam pium opus amplectendum alacriores reddite, atque excitate tum assiduis vestris cohortationibus, tum promulgatione thesauri spiritualis indulgentiarum, ijs concessi, qui ijs scholis ascribuntur, in illisque operam navant.

M 7

Ne

Ne omittite diebus festis inter Missam sollemnia aliquid ex ijs, quæ in Missa leguntur, fidelibus exponere, & sanctissimi illius sacrificij mysterium aliquot explanare, & aliquando sanctiores illius sacrarum caeremoniarum, rituumque rationes, & significaciones explicare, quò diligentius instructio dies sacro sancti illi sacrificio religiosius intersint.

Docete item, quomodo fideles signo Missæ celebrandæ dato se corde contrito ad eam sanctè audiendam parent.

Curate, atque efficitate perpetuis vestris monitionum officijs, ut in illa viti aperto capite, mulieres velato, & in omni eius parte utroque genu flexo, præterquam in Evangelio adsint.

Instruite etiam eos, quàm religiosè non solum in Missæ sacro, verum etiam in divinis alijs officijs versandum.

Quando standum, quando genua flexenda, quando assurgendum.

Quàm valdè, dum illa fiunt, celebranturve, fugiendæ confabulationes, colloquia, deambulationes, strepitus, clamores, imò verò inanes cogitationes, quibus à pia meditatione, & mysterio-

steno-

teriorum, quæ aguntur, contemplatione, religiosaque oratione animus distrahitur, quam denique studiosè vitanda reliqua omnia ab eorum officiorum sanctitate, & cultu aliena.

Rursus quàm sanctè item, quàm religiosè, & quàm demisso, humilique habitu in supplicationibus, litanijis, & stationibus versandum sit.

Qua reverentia, quovè pietatis studio in Ecclesijs locisve sacris manendū sit, quavè ab alijs procul abesse debeant, idque ex sanctionibus, Pontificijs, Constitutionibus Conciliaribus, Episcopalibus præterea Edictis.

Qua etiam non solum intima religiosi animi præparatione, sed externa etiam cultus, vestitusque modestia, humili genuflexione & armis depositis ad sanctissimam Communionem; tum etiam ad cætera sacramenta accedendum sit.

Tum docere, ac monere quomodo dies festi colendi, & sanctificandi sint.

Ostendite indignissimum esse sacris illis diebus non modo à nefarijs operibus, illicitisque negotijs non abstinere; verum etiam religionis, ac pietatis opera non præstare omni diligentia.

Ac

Ac prætereà nefas esse sacros dies ad maxima Dei beneficia colenda summasque ei laudes persolvendas, ac debitum sanctis honorem tribuendum institutos, ad illa traduci, quæ ab eo cultu abhorrent: qualia sunt tripudia, ludi, choreæ, spectacula, quibus ad turpes illecebras incitantibus, salutis humanæ hostis diabolus oblectatur.

Denunciate item statura sacrorum temporum jejunia; docete quomodo jejunandum, quæ peccati gravitas in violandis sacris jejniis.

Quæ prætereà Christianæ pietatis officia in sanctorum vigilijs.

Quam sanctè observandum quadragesimale jejunium: statur autem solemnibus, vel Adventus, vel Sepruagesimæ, vel aliorum temporum celebritatibus præmonete fideles, atque diligenter ex pastoralium etiam literarum præscripta recitatione ac ratione instruite ad sacra illorum temporum mysteria, sanctis pietatis officijs religiosè solenda.

Utque ijs omnibus pro temporum, solemnitatumque ratione illi instrui possint, sæpè monete, ut Dominicis,
alijs.

aliisque festis diebus, quemadmodum
sacra Tridentina Synodus operat, ad Para-
rochiam Ecclesiam conveniant.

Qua in re sæpius monitionem pasto-
ralem eo de genere frequenti populo
legite.

Sæpe autem, ac diligenter eosdem
docete, quàm assiduè orandum sit.

Quomodo & tacita supplicis mentis
meditatione, & pijs, statis orationibus
precandum.

Quàm studiosè, ac religiosè susci-
piendum vespertinæ communis oratio-
nis institutum, quàm diligenter illud
semel susceptum piè retinendum.

Ideòque cum alias sæpè in anno can-
dem orandi rationem, cum Indulgentiis
concessis per summa capita explicatis;
tùm præcipuè diebus Concilii Provin-
ciali tertio constitutis in maxima popu-
li frequentia de scripto pronunciate, at-
que evulgate.

Dominicis diebus instituite populum,
& monete, pro quibus oret, ut est in eo-
dem Provinciali Concilio decretum.

Tum prætereà quas, singulis hebdo-
madæ feriis, præcipuas preces,
Christianasque meditationes, atque in

oran-

orando exercitationes sibi propositas in promptu habere possit.

Quam sepius verò sermonibus vestris populo proponite locos perpetua Christiana meditationis de morte, de iudicio, de inferno, de gloria, & de premio paradisi.

Monete præterea sedulo, ac frequentissimè patres, matresque familias, ut liberos, familiamque suam ad pietatis, Christianarumq; virtutum disciplinam religiosè instituunt.

Ad hoc præterea patres familias inducite, ut de vitæ spirituali ratione, & pijs exercitationibus libros probatos domus suæ habeant; in quorum lectione versentur: seseque ac familiam instituunt ad sanctè agendum.

De patrum familias officio, familiarumque institutione, editam in Concilio tertio Provinciali Constitutionem in Parochiali conventu legite, singulasque eius partes explicite.

Tum alia præterea docete, quæ opportuna existimaveritis, quibus illi suamque familiam in Christiana vitæ institutis, atque exercitationibus conforment.

In officinis etiam, & tabernis disciplinæ, vitæque Christianæ rationes observate: si quid autem vel ab artificibus, vel ab institutoribus operarijvè committi animadvertitis, quod dissolutæ disciplinæ sit, id officinarum, tabernarumvè dominos graviter monete, ostenditeque ea in re officij sui partes.

Estis participes, & socij laborum, curæque Episcopalis, & in messe Episcopo commissa operarij estis, elaborate una cum eo, & contendite, ut populus, cuius cura geritur, tanquam purum triticum, auxiliante divina misericordia congregetur in horrea cœlestia.

Depositum custodi, inquit Apostolus Paulus, id quod vobis singulis dictum esse putate, ut in grege, tanquam deposito fidei, curæque vestræ commisso diligenter custodiendo, ab omni peccati labe conservando, cogitationem, sollicitudinem, curam, studiumque omne collocetis.

Parochiæ igitur, unicuique vestrum non creditæ viciniam, cum à cæteris vitijs omnibus vos singuli sollicitè custodite; tum curate etiam, ne odia, similitates, inimicitias, factiones, nec

NON

non temerè iurandi, maledicendi, imprecandi pravæ consuetudines, ac ne de tractiones quidem in ea sint.

Ad vitia in primis, & peccata, ad quæ populum proclivior esse animadvertitis; reprehendite, atque exagitate.

Nec verò dissimulate peccata sed announce populo scelera eius: publice peccantes coram omnibus arguite, ut & alii timorem habeant.

Idque agite spiritu fortitudinis Domini, & ut strenui eius milites, bonam militiam militate, nihil plane trepidantes.

Si ab increpatione, ut vos monet S. Gregorius, reticueritis, quia contra vos odia insurgere reformidatis, non iam Dei lucra, sed vestra queritis.

Non maledicetis, non vexationibus, non calumniis, non alicuius generis contumeliis illud, vel increpandi, vel palam arguendi officium deserite, modo Christi gloriæ, & animarum salutis serviat.

Rursus non aucupandæ hominum gratiæ studio id agere desistite: servus Dei non essem, si hominibus placerem, inquit Apostolus.

Væ vobis tacentibus, aut dissimulantibus, si grex curæ vestræ commissus perierit, sanguinem eius de manibus vestris requiret justus, & omnipotens Deus.

Si igitur peccatur, ne in increpationibus verba vestra blandientia sint; sed ut à Spiritu sancto scriptum est, stimuli sint, & quasi clavi, in altum defixi.

Instate opportunè, importunè, privatis etiam admonitionibus, consiliis, correctionibus, objurgationibus, ut peccantes, adjunctrice divina gratia, in viam salutis revocetis.

In usum etiam sanctè ita revocate fraternam correctionem, ut non modò mutua Christiana charitate vos ipsos corripatis; sed reliquos item, præsertim Parochiæ incolas id charitatis & correctionis officium rectè doceatis.

Ad sermonum verò, admonitionum, correctionum partes explendas, locos vobis comparate, præcipuè ex doctrina Catechismi Romani, in quo magna cum populorum vestrorum salutari utilitate versari diligenter potestis.

Neque ad hoc multiplicis vestræ Ecclesiasticæ tractionis genus negligite adis-

adis-

adiementa, quæ aliunde utiliter capere potestis.

Cætera autem officia, quæ in sacramentorum administratione, in assidua ad frequentem eorum usum cohortatione, in ægrorum cura, in alijs Parochialibus muneris functionibus, vobis Provincialibus Diœcesanisque Conciliis præscripta sunt, præstare, atque exequimini accurratè: ad eorumque Conciliarium Constitutionum, decretorumvè normam, omni observantiæ, atque obedienciæ studio vos planè conformate.

Quæ verò decretorum Provincialium vel Diœcesanarum partes ad laicos, eorumque Christianam disciplinam attinent, quò sæpius evulgatæ, atque inculcatæ, serventur diligentius; illas summatim vulgari sermone expressas, crebrò, prout usu venerit, populis vestris proponite, denunciate, explicare, atque in consuetudinem inducite.

Quæcumque denique vel ad vos, vel ad laicos curæ vestræ commissos pertinent, ea decreta, quo maximo potestis studio, in omnem executionem, disciplinæque usum introducite. Videteque imprimis ac perpendite, quæ

fat

capere
sacra-
assidua
ratio-
chialis
vincia-
ra scri-
uimic
arijuc
è nor-
bediè-
cialiù
os, eo-
matti-
incul-
is sum-
, cre-
vestris
te, atq;
d vos,
missos
aximo
cucio-
ducire
e, que
gat,

sint, & quam religiosæ muneris vestri
partes: caverque ut in officijs, & curæ
vestræ functionibus non modò quicquã
vos non committatis, sed nè omittatis
quidem; cùm in sacerdotali vita, pro
muneris, quod sustinetis, ratione, tum
graviores, tum longè plures, quam in
cæteris hominibus esse possint, omissio-
nis culpæ.

Vos præterea reliqui Sacerdotes, qui-
cumque estis, quibus animarum cura
non incumbit, cùm alia omnia, quæ
Ecclesiastici ordinis hominibus de di-
vinorum officiorum cultu, de vitæ ho-
nestate, de studijs, & vitæ spiritua-
lis exercitationibus, præscripta, aut
monita generatim sunt, tum quæ nomi-
natim, sigillatimque ad præcipuam
vestram executionem attinent, præsta-
te omninò.

Vos item reliqui Clerici inferiorum
ordinum, quæcumque ad vos, vel no-
minatim, vel generatim spectant, agite
omnia, sicut Clericalis vitæ ratio, Ca-
norum, & Conciliorum decretis præ-
scripta, postulat.

Christi estis, nempe de sorte Do-
mini, & ipse Dominus sors, pars scilicet
vestra,

vestra, tales præbete vos, ut & ipsi possideatis Dominum, & possideamini à Domino, verèque dicatis, Dominus pars hæreditatis meæ.

Videte igitur, quàm valdè intentos vos esse oporteat ministeriis vestris, & quàm magna vitæ morumque castitate.

Proborum hominum tantum, præcipuè Sacerdotum, vitæ spiritualis laude præstantium, familiaritate utamini ex quorum consuetudine tum fructus vos capiatis, tum Episcopus meliorem indies de vobis opinionem concipiat.

Majores veremini, & observate; eisdemque rectè monentibus obtemperate.

Præter Latinæ linguæ, & literarum studia, Ecclesiasticæ imprimis disciplinæ institutionibus diligenter incumbite.

Sic demùm vos moribus, & vitæ modestia probate, ut & à Parochis, & à præceptoribus vestris, tum etiam à populo bonum testimonium Episcopus habeat, vosque dignos judicet, quos maioribus ordinibus adscribat.

Vos verò, qui vel visitationis munus geritis, vel Clericalis disciplinæ curæ quovis nomine præfæcti estis, vel

in Diocesi Vicarij foranei constituti in
explendis muneris atque officij vobis
commisſi partibus ſedulò invigilate at-
que elaborare.

Onus, quod ſuſtinetis, quàm grave
ſit, quàm plenum curis perpendite; tùm
quam in eo vobis committendo ſpem,
fiduciamque Episcopuſ habuit, videte:
tùm efficit, ut eiſe expectatione reſ-
pondeatis, vigiliarum veſtrarum ſtu-
dij, aſſiduaque ſollicitudine.

Eccleſias, quæ in uniuſcujuſque ve-
ſtrum regione ſunt, ſedulò viſitate; ea-
rumque partes ſingulas inſpice.

Perveſtigate in uniuſcujuſque Paro-
chiæ finibus an aliqua publicorum pec-
catorum labes: an flagitia, quibus
Episcopali cura Episcopuſ medeatur,
neceſſe ſit.

Univerſo Clero, pro regione com-
miſſa, invigilate diligenter; illudque
in primis videte, ut in diſciplinæ Eccle-
ſiaſtica moribus inſtitutis, atque offi-
cij ſe contineat, Clericalique mode-
rationis legibus congruenter vivat.

Indecentem eiſe habitum omninò
reſcite; morum ſanctæ vitæ, ſacrarum-
que literarum, & inſtitutionis Eccle-
ſiaſti-

siasticæ studia, si quæ in eo languescunt, excitate.

Clerici autem minorum ordinum, in hoc maximè nobis commendati sunt, ut illorum omnes, tum in vitæ moribus, tum in literarum, Ecclesiasticæque doctrinæ studijs progressiones accuratè exploretis, atque ut maximè potestis, paternis cohortationibus, atque objurgationibus ijsque assiduis adjuvetis.

Ecclesiarum item cultum, nitorem, cæteraque ejus generis omnia curate vestrà diligentiâ, quæ totis in Christo visceribus ab unoquoque vestrum expetitur.

Quæcunque verò, vel Provincialium, Diœcesanarumque Synodorum decretis, vel præcipuis instructionibus, vel visitationum jussis præscripta sunt, ea omnia, ut re ipsa præstentur, studiosè perpetuò agite.

Hæc omnia, & singula his monitionibus nominatim, sigillatimque expressa, tum cuncta item reliqua, vel Concilij Provincialibus, Diœcesanisque sancita, vel alio modo vobis præscripta, vos omnes, ac singuli, quorum interest,

quæ

quanto potestis amore, & pietate non amplectimini solum, & legite; sed mente animoque comprehendite, servate, omnique sollicita executione præstare; totosque vos ad cohortationum, admonitionum, decretorum, & Constitutionum rationem accommodate. Quod omne ut faciatis, sicut nos pro Episcopalis nostri officij munere vos in hoc Diocesano conventu ex Concilij Provincialis præscripto commonefecimus: ita etiam unumquemque vestrum, per unigeniti filij Dei adventum, per ejus Crucem, perque animarum vestrarum salutem obsecramus, obrestamur, divinaque contestatione monemus. Rursusque vobis ipsis universis, & singulis edicimus, si quis vestrum Constitutionibus, decretisque vel Provincialibus, vel Diocesanis, vestram causam editis, non paruerit, contra eum nos acturos esse Ecclesiasticis, Canonicisque sanctionibus.

Cavete igitur ne quem vobiscum paternè modo agentem, sollicitèque monentem, & in conspectu Dei vos hoc sacro deprecantem auditis, eundem rursus non in hac vita solum cul-

pas vestras animadvertentem, sed in di-
vino prætereà judicio eandem accusan-
tem audiatis.

At ipse Deus, & Pater noster & Do-
minus Iesus Christus dirigat vias ve-
stras in omni sancta obedientia; exhor-
tetur corda vestra, & confirmet in om-
ni opere, & sermone bono; ità ut dig-
nè ambuletis vocatione, qua vocati
estis, per omnia ei placentes; sicque
sanctis vestrarum virtutum progressio-
nibus probati, appareatis ante Deum,

& patrem nostrum, in Adventu

Domini nostri Iesu Christi,

cum omnibus sanctis

ejus. Amen.



PARIS

PARS III.

DE ORATIONIBUS ANTE ET
post Missam dicendis.

PRÆPARATIO AD MISSAM
pro opportunitate Sacerdotis faci-
enda.

ANTIPHONA.

NE reminiscaris, Domine, delicta
nostra, vel parentum nostrorum,
neque vindictam sumas de peccatis no-
stris. *Quæ Antiphona in Festis Duplicibus*
tantum duplicatur: Et tempore Paschali ad-
ditur in fine Alleluja, Deinde dicantur se-
quentes Psalmi

Psalmus 83.

Quam dilecta tabernacula tua Domine
virtutum: concupiscit & defecit ani-
ma mea in atriis Domini.

Cor meum & caro mea: exultaverunt in
Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum: & tur-
tur nidum sibi, ubi reponat pullos suos.

Altaria tua, Domine virtutum: Rex meus,
& Deus meus.

N 3

Bea-

Beati, qui habitant in domo tua, Domine
in sacula seculorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium abster-
censiones in corde suo disposuit in valle lacry-
marum, in loco, quem posuit.

Etenim benedictionem dabit Legislator
abundantia virtute in virtutem: videbitur
Deus Deorum in Sion.

Domine, Deus virtutum, exaudi orationem
meam: auribus percipe, Deus Iacob.

Protector noster, aspice Deus: & respice in
faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atrijs tuis: super
milia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei: magis
quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam, & veritatem diligit
Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in in-
nocentia: Domine virtutum, beatus homo,
qui sperat in te.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 84.

Benedixisti, Domine, terram tuam: au-
disti captivitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuae: operibus
impia peccata eorum.

Mit

Mitigasti omnem iram tuam : avertisti ab ira indignationis tuae.

Converte nos , Deus salutaris noster , & averte iram tuam à nobis.

Nunquid in aeternum irasceris nobis : aut extendis iram tuam à generatione in generationem ?

Deus tu conversus vivificabis nos : & plebs tua letabitur in te.

Ostende nobis Domine , misericordiam tuam : & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus : quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos : & in eos , qui conver-
suntur ad eum.

Veruntamen propè timentes eum salvabitur ipse : ut in habitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obviam sibi :
iustitia & pax osculatae sunt.

Veritas de terra nostra dabit benignitatem :
& terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit : & ponet in
via gressus suos.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 85.

I Nclina, Domine, aurem tuam , & exaudi
me : quoniam inops & pauper sum ego.

N. 4

Custo-

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: latifica animam serui tui, quoniam ad te, Domine, animam meam clamavi.

Quoniam tu Domine, suavis & mitis: & multa misericordia omnibus invocantibus te.

Auribus percipe orationem meam: & intende voci deprecationis mee.

In die tribulationis mea clamaui ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in Dijs, Domine: & non est secundum opera tua.

Omnes Gentes quas cumque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me, Domine, in via tua, & ingrediar in veritate tua: latetur cor meum, ut in meat nomen tuum.

Confitebor tibi, Domine, Deus meus, in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum, in aeternum.

Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quasi erunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu, Domine, Deus miserator & misericors patiens, & multa misericordia, & verax.

Respice in me & miserere mei, da imperium tuum puero tuo: & saluum fac filium ancille tue.

Fac meum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, & consolatus es me.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 115.

Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis:

Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: pretiosas in conspectu Domini, mors sanctorum eius.

O Domine, quia ego servus tuus: ego servus tuus, & filius ancille tue.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: & nomen Domini invocabo.

N S

Vota

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atriis domus Domini, in medio tui Ierusalem.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te, Domine Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes: in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris, Domine: Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: Et propter legem tuam sustinuit, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: Et propitiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Deinde repetitur Antiphona.

Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Postea

Postea Sacerdos dicit.

Kyrie eleison Christe eleison. Kyrie
eleison. Pater noster Vers. Et ne nos in-
ducas in tentationem Resp. Sed libera
nos à malo Vers. Ego dixi, Domine, mi-
serere mei Resp. Sana animam meam,
quia peccavi tibi Vers. Convertere, Do-
mine, aliquantulum Resp. Et depreca-
re super servos tuos Vers. Fiar misericor-
dia tua, Domine, super nos Resp. Quem-
admodum speravimus in te Vers. Sacer-
dotes tui induantur justitiam Resp. Et
sancti tui exultent Vers. Ab occultis
meis munda me Domine Resp. Et ab
alienis parce servo tuo Vers. Domine
exaudi orationem meam Resp. Et cla-
mor meus, &c. Vers. Dominus vobis-
cum Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Aures tuæ pietatis mitissime Deus,
inclina precibus nostris & gratia
sancti Spiritus illumina cor nostrum: ut
tuis mysterijs dignè ministrare, teque
æterna charitate diligere mereamur.

Deus, cui omne cor pater, & omnis
voluntas loquitur, & quem nullum la-
tet secretum: purifica per infusionem
sancti Spiritus cogitationes cordis no-

N 6

stri 2

stri : ut te perfectè diligere, & indignè laudare mereamur.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros, & cognosctrum, Domine ; ut tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

Mentes nostras, quæsumus Domine : Paraclitus, qui à te procedit, illuminet, & inducat in omnem, sicut tuus promisit filius, veritatem.

Adsit nobis, quæsumus, Domine, virtus Spiritus sancti : quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis.

Deus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti : da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quæsumus, Domine, visitando purifica : ut veniens Dominus noster Jesus Christus filius tuus, pararam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit & regnat, in

unitate Spiritus sancti Deus,
per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO DEVOTISSIMA

*dicenda à Sacerdote ante, vel post
celebrationem Missæ.*

Pater cœlestis, clementissime Domi-
ne, pater misericordiarum: suscipe
hodie per manus servi tui hoc sacrosan-
ctum sacrificium, verum corpus, & san-
guinem unigeniti Filij tui Domini no-
stri Iesu Christi, in satisfactionem & re-
missionem omnium peccatorum meo-
rum, in salutem, & fortitudinem ani-
mæ meæ, & totius domus meæ, & om-
nium illorū, quibus aliqua obligatione
teneor, & omnium Dominorum, Præ-
latorum, Prædicatorum, Sacerdotum,
& Religiosorum Catholicæ fidei, ut eis
gratiam Spiritus sancti impertiri digne-
ris ad salutem animarum suarum, & re-
gimen totius populi Christiani, & om-
nium peccatorum huius mundi, ut eos
convertas, & ducas ad viam salutis, in
consolationem omnium tribulatorum,
ut eis adiutorium, & veram patientiam
tribuas: in refrigerium, & liberationem
omnium animarum, existentium in
Purgatorio, & maximè illarum, quæ

N 7

AUG.

auxilium à me jure expectant, & ad illuminationem, & conversionem omnium gentium, infidelium, & hæreticorum, & schismaticorum: ut cognoscant, & ament te summam veritatem, Patrem omnipotentem, qui cum Filio; & Spiritu sancto es laudabilis Deus, & benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

ALIA ORATIO ANTE MISSAM.

DEus, qui de indignis dignos facis, & de peccatoribus justos, & de immundis mundos: munda cor, & corpus meum, ab omni contagione, & forde peccati, & fac me dignum atque strenuum sanctis Altaribus tuis ministrum, concede propitius, ut in hoc altari, ad quod indignus accedo, hostias acceptabiles, atque placabiles offeram pietati tuæ pro peccatis, & offensionibus, innumerisque & quotidianis excessibus meis, atque cunctorum simul Christianorum culpis abluendis, & per eum sit tibi votum meum acceptabile, qui se tibi Deo Patri pro nobis obtulit sacrificium. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spirit. sancti Deus &c.

ALIA

ALIA ORATIO.

Obscuro te, dulcissime Jesu Chri-
ste, ut passio tua sit mihi virtus
quâ muniar, protegar, atque defendar,
vulnera tua sint mihi cibus, & potus
quibus pascar, enutriar atque delecter;
aspersio sanguinis tui sit mihi ablutio
omniam peccatorum meorum. Mors
tua sit mihi vita indeficiens: Crux tua
sit mihi gloria sempiterna: resurrectio,
& auxilium: sanitas & gaudium: de-
siderium, & solatium cordis mei, nunc,
& in perpetuum. Qui vivis & regnas
cum Deo Patre in unitate Spiritus san-
cti Deus: Per omnia sæcula sæculor-
um. Amen.

*Alia, ex longiori Oratione S. Ambrosii
Episcopi.*

Doce me, Domine, indignum fa-
mulum tuum, quem inter cate-
ra dona tua ad officium Sacerdotale vo-
care dignatus es, nullis meis meritis,
sed solâ dignatione misericordiæ tuæ,
per Spiritum sanctum tuum, tantum

tractare mysterium eã reverentiã , &
 timore , quibus oportet , & decet , & fac
 me per gratiam tuam semper illud de
 tanto mysterio credere & intelligere ,
 sentire & firmiter tenere , dicere & co
 gitare , quod tibi placet & expedit ani
 mæ meæ . Qui in Trinitate perfecta vi
 vis & regnas Deus in sæcula sæculorum ,
 Amen .

*Alie Orationes pro opportunitate Sacerdotis
 ante celebrationem , & Communionem
 dicenda*

Oratio S. Ambrosij Episcopi .

Die Dominico

SUMME Sacerdos , & vere Ponti
 fex Iesu Christe , qui te obtulisti
 Deo Patri hostiam puram , & immacu
 latam , in ara Crucis pro nobis miseris
 peccatoribus : & qui dedisti nobis car
 nem tuam ad manducandum , & sangui
 nem tuum ad bibendum , & posuisti my
 sterium illud in virtute Spiritus sanctis
 dicens : Hæc quotiescumque feceris
 in mei memoriam facietis . Rogo te
 per sanguinem tuum pretiosum , mag
 num salutis nostræ pretium . Rogo te
 per

per hanc miram, & ineffabilem charita-
 rem, qua nos miseros, & indignos sic
 amare dignatus es; ut lavares nos à
 peccatis nostris in sanguine tuo. Doce
 me indignum servum tuum, quem in-
 ter cætera dona tua ad officium sacer-
 dotale vocare dignatus es, nullis meis
 meritis, sed sola dignatione misericor-
 diæ tuæ. Doce me, quæso, per Spiritum
 sanctum tuum, tantum tractare myste-
 rium, ea reverentia, & honore, eaque
 devotione, & timore, quibus oportet,
 & decet. Fac me Domine JESU per gra-
 tiam tuam semper illud de tanto myste-
 rio credere, & intelligere, dicere, & co-
 gitare, sentire, & firmiter retinere,
 quod tibi placet, & expedit animæ
 meæ. Intret Spiritus tuus bonus in cor
 meum, qui sonet tibi sine sono, & sine
 strepitu verborum loquatur omnem ve-
 ritatem tantorum mysteriorum, quæ
 profunda sunt nimis, & sacro reeta ve-
 lamine; propter magnam clementiam
 tuam, concede mihi hodie, & semper
 Missarum solemnia puro corde, & pura-
 mente celebrare. Libera cor meum ab
 immundis, & nefandis, vanis, & nox-
 ijs cogitationibus. Munime beatorum
 Ange-

Angelorum pia, & fida tutela, atque fortissima custodia, ut hostes omnium bonorum confusi discedant per virtutem tanti mysterij, & per manum sancti Angeli tui. Repelle à me Domine Jesu Christe, & à cunctis servis tuis durissimum spiritum superbiæ, cenodoxiæ, invidiæ, iracundiæ, fornicationis, & immunditiæ, dubietatis, & blasphemix. Confundantur, qui me persequuntur: pereant illi, qui perdere cuncta festinant.

Feria secunda.

REX virtutum, amator castitatis, & integritatis Deus: æ' est rore benedictionis tuæ extingue in corpore meo fomitem ardentis libidinis: ut maneat in me nitor castitatis animæ, & corporis. Mortifica in me carnis stimulos, omnesque libidinis commotiones, & da mihi veram, & perpetuam castitatem cum cæteris bonis tuis, quæ tibi placent in veritate, ut sacrificium laudis casto corpore, & mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim cordis cõtritione, & lacrymarum fonte, quanta reverentia,
& re-

& tremore, quanta corporis castitate
animæ puritate hoc divinum, & cœle-
ste sacrificium est celebrandum, Domi-
ne? ubi caro tua in veritate sumitur:
ubi sanguis tuus in veritate bibitur:
ubi summis ima coniunguntur: ubi ad-
est sanctorum præsentia Angelorum:
ubi tu es sacerdos, & sacrificium mira-
biliter, & ineffabiliter constitutus.

Feria tertia.

Quis dignè hoc celebrare myste-
rium poterit, nisi tu Deus omnipo-
tens offerentem feceris dignum? Scio,
& verè scio, & ipse pietati tuæ confi-
teor, quod non sum dignus accedere
tantum mysterium, propter nimia pec-
cata mea, & infinitas negligentias meas.
Sed scio veraciter, & credo ex toto cor-
de, & ore confiteor: quia tu potes me
facere dignum, qui solus potes facere
mundum de immundo conceptum se-
mine: & de peccatoribus justos facis, &
sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam
te rogo, ut concedas mihi peccatori,
hoc cœleste sacrificium celebrare cum
& more, & tremore, cum cordis purita-

te,

te, & lacrymarum fonte, cum lætitiâ
spirituali, & cœlesti gaudio. Sentiat
mens mea dulcedinem beatissimæ præ-
sentia tuæ, & excubias sanctorum An-
gelorum tuorum in circuitu meo.

Feria quarta.

EGO enim Domine memor veneran-
dæ passionis tuæ, accedo altare tuum,
licet peccator, ut offeram tibi sacrifici-
um, quod tu instituisti, & offerri
præcipisti in commemorationem pro
salute nostra. Suscipe ergo istud, queso
summe DEUS, dulcissime JESU Chri-
ste, pro Ecclesia tua sancta, & pro cur-
sto populo, tuo, quem acquisivisti san-
guine tuo pretioso. Et quoniam me
peccatorem inter te, & eundem popu-
lum medium esse voluisti, licet in me
boni operis testimonium nõ agnoscam,
officium dispensationis creditæ, non re-
cuses: nec per me indignum famulum
tuum eorum salutis pereat pretium, pro
quibus victima factus salutaris, digna-
rus es esse redemptio. Profero ergo Do-
mine (si dignaris propitius intueri) tri-
bulationes plebeium, pericula populo-
rum,

rum,

rum, captivorum gemitum, miseriam orphanorum, necessitates peregrinorū, inopiam debilium, desperationes languentium, defectus senum suspiria juvenum, vota virginum, lamenta viduarum, Tu enim misereris omnium Domine, & nihil odisti eorum quæ fecisti.

Feria quinta.

MEMORARE quæ sit nostra substantia: quia tu pater noster es, ne irascaris nobis, neque multitudinem viscerum tuorum super nos contineas. Non enim in justificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer à nobis Domine iniquitates nostras: & ignem sancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapidum de carne nostra & da nobis cor carneum, quod te timeat, diligat, & honorificet: te delectetur, te sequatur, & te perfruatur. Oramus Domine clementiam tuam, ut sereno vultu familiam tuam sacri tui nominis officia præstolantem, aspicere digneris. Et ut nullius sit irritum votum, nullius vacua postu-

postulatio, tu nobis preces suggero,
 quas ipse audire, & propitius exaudire
 delecteris.

Feria sexta.

ROGAMUS etiam te Domine, pro ani-
 mabus fidelium defunctorum: ut sis
 illis salus aeterna, ac perpetua sanitas,
 gaudium, & refrigerium sempiternum.
 Hoc magnum pietatis sacramentum,
 Domine Deus meus, sit illis hodie mag-
 num, & plenum gaudium de re pane vi-
 vo, & vero, qui de caelo descendisti, &
 das vitam mundo, de carne sancta, &
 benedicta, agni videlicet immaculati,
 qui tollit peccata mundi. Et potari de
 fonte pietatis tuae, qui per lanceam mi-
 litis de latere tuo emanavit: ut conso-
 lati exultent in laude, & gloria tua san-
 cta. Peto clementiam tuam, ut descen-
 dat super hunc panem, & calicem ple-
 nitudo tuae divinitatis. Descendat etiam
 Domine illa Spiritus sancti tui invisibi-
 lis forma, incomprehensibilis que ma-
 jestas, sicut quondam in Patrum ho-
 stias descendebat, quae & oblationes
 nostras, corpus, & sanguinem tuum

effi-

CELEBRANDI MISSAM. III

efficiat, & me indignum sacerdotem
 tuum doceat: tantum tractare myste-
 rium: ita ut placidè, & benignè susci-
 pias sacrificium de manibus meis ad sa-
 lutem omnium, tam vivorum, quàm
 defunctorum. Rogo te Domine per ip-
 sum sacrosanctum, & vivificum myste-
 rium corporis, & sanguinis tui, quo
 quotidie, in Ecclesia tua pascimur, &
 portamur: abluimur, & sanctificamur
 atque unius tuæ, summæque divini-
 tatis participes efficimur: da mihi virtu-
 tes sanctas, quibus repletus, bona con-
 scientia ad altare tuum accedam: ita
 ut hæc cœlestia sacramenta efficiantur
 mihi salus, & vita. Tu enim dixisti
 ore tuo sancto, & benedicto: Panis,
 quem ego dabo, caro mea est pro mun-
 di vita. Et: Qui manducat me, vivet
 propter me, ipse manet in me, & ego
 in eo: Ego sum panis vivus, qui de cœ-
 lo descendi. Si quis manducaverit ex
 hoc pane, vivet in æternum.

Sabbato.

PANIS dulcissime, sana palatum cor-
 dis mei: ut sentiam suavitatem a-
 moris

moris tui. Sana illud ab omni languore, ut nullam præter te amet pulchritudinem. Panis candidissime, habens in te omne delectamentum, & omnem saporrem, qui nos de te semper reficis: comedat te cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Manducat te angelus pleno ore in patria: manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in vitali recreatus viatico. Panis sancte, panis vive, panis pulcher, panis munde, qui descendisti de cælo, & das vitam mundo: veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis, & spiritus. Intra in animam meam: sana, & sanctifica me interius, & exterius. Esto tutamen, & continua salus corporis, & animæ meæ. Repelle à me insidiantes mihi hostes: recedant procul à præsentia tua, ut foris, & intus munitus, recto tramite ad regnum tuum perveniam, ubi non mysterijs, sicut in hoc tempore agitur; sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo Patri, & Deus erit omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica; ita ut neque esuriam,
neque

neque

neq; sitiam in æternum. Qui cum eodem
Deo Patre, & Spiritu sancto vivis, & re-
gnas per omnia sæcula sæculorū, Amen.

Alia Oratio S. Ambrosij.

AD mensam dulcissimi convivij tui,
Pie Domine Jesu Christe, ego pec-
cator de proprijs meritis nihil præsu-
mens, sed tua confidens misericordia,
& bonitate, accedere vereor, & contre-
misco. Nam corpus habeo multis cri-
minibus maculatum: mentem, & lin-
guam non cautè custoditam. Ergo,
ô pia deitas, ô tremenda majestas, ego
miser inter angustias deprehensus, ad te
fontem misericordiæ recurro: ad te
festino sanandus: sub tuam protectio-
nem fugio: quem judicem sustinere
nequeo, Salvatorem habere suspiro.
Tibi Domine plagas meas ostendo: tibi
verecundiam meam derego. Scio pec-
cata mea multa, & magna, pro quibus
timeo. Spero misericordias tuas, quarū
non est numerus. Respice in me oculis
misericordiæ tuæ Domine Jesu Chri-
ste, rex æterne, Deus, & homo cruci-
fixus propter hominam. Exaudi me

Q

Speran.

sperantem in te : miserere mei pleni mi-
 serijs, & peccatis tu qui fontem misera-
 tionis nunquam manare cessabis. Salve
 salutaris victima, pro me, & omni hu-
 mano genere in patibulo crucis oblati.
 Salve nobilis, & pretiose sanguis de
 vulneribus crucifixi Domini mei Jeshu
 Christi profluens, & peccata totius
 mundi abluens. Recordare Domine
 creaturæ tuæ, quam tuo sanguine re-
 demisti : pœnitet me peccasse: cupio
 emendare, quod feci. Aufer ergo à me
 clementissime Pater, omnes iniquita-
 tes, & peccata mea; ut purificatus men-
 te, & corpore dignè degustare merear
 Sancta Sanctorum : & concede, ut san-
 cta prælibatio corporis, & sanguinis
 tui, quam ego indignus sumere inten-
 do, sit peccatorum meorum remissio,
 sit delictorum perfecta purgatio, sit tur-
 pium cogitationum effugiatio, bono-
 rum que sensuum regeneratio, operum
 que tibi placentium salubris efficacia,
 animæ quoque, & corporis, contra
 inimicorum meorum insidias fir-
 missima tutio,
 Amen.

Oratio Sancti Thoma Aquinatis.

OMnipotens sempiterne DEUS, ecce accedo ad sacramentum unigeniti filij tui Domini nostri JESU Christi. Accedo tanquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, & pauper, & egenus ad Dominum cœli, & terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare fœditatem, illuminare cœcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem: ut te panem Angelorum, regem regum, Dominum dominantium, tanta suscipiam reverentia, & humilitate, tanta contritione, & devotione, tanta puritate, & fide, tali proposito, & intentione, sicut expedit salutis animæ meæ. Da mihi, quæso, dominici corporis, & sanguinis, non solum suscipere sacramentum, sed etiam rem, & virtutem sacramenti. **O** mitissime Deus, da mihi corpus unigeniti filij tui Domini nostri Jesu Christi, quod

O **a**traxit

traxit de Virgine Maria, sic suscipere
 ut corpori suo mystico merear incorpo-
 rari, inter eius membra connumerari.
 O amantissime Pater, concede mihi de-
 lectum filium tuum, quem nunc vel
 in via suscipere propono, revelata
 dem facie perpetuò contemplari. Qui
 tecum vivit, & regnat in unitate Spi-
 ritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæ-
 culorum, Amen.

*Precatio ad Beatissimam Virginem Mariam
 ante Missam.*

O MATER pietatis, & misericordiae,
 Beatissima Virgo Maria, ego miser
 & indignus peccator ad te confugio
 toto corde, & affectu: & precor piete-
 tem tuam, ut sicut dulcissimo filio tuo
 in cruce pendenti adstitisti, ita & mihi
 misero peccatori & sacerdotibus omni-
 bus hîc, & in tota sancta Ecclesia hodie
 offerentibus elementer assistere, dig-
 neris, ut tua gratia adjuti, dignam
 acceptabilem hostiam in conspectu
 summæ, & individuae Trinitatis offerre
 valeamus, Amen.

*Ad Sanctum, cuius eo die festum celebratur,
ante Missam, precatio.*

O SANCTE N. ecce ego miser peccator de tuis meritis confusus, offero nunc sacratissimum Sacramentum Corporis, & Sanguinis Domini nostri JESU Christi pro tuo honore, & gloria. Precor te humiliter, & devotè, ut pro me hodie intercedere digneris, ut tantum sacrificium dignè & acceptabiliter offerre valeam: Et cum tecum, & cum omnibus electis tuis æternaliter laudare, atque cum eo regnare valeam, qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

GRATIARUM ACTIO POST
Missam.

Antiph. Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum,
Qua Antiphona in festis duplicibus tantum duplicatur: & tempore Paschali additur in fine Alleluja.

aquis Domino: benedicite omnes volucres cæli Domino.

Benedicite omnes bestia & pecora Domino: benedicite filij hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: laudes, & superexaltet eum in sacula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino: benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus, & anima justorum Domino: benedicite, sancti, & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate, & superexaltate eum in sacula.

Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu: laudemus & superexaltemus eum in sacula.

Benedictus es, Domine, in firmamento cæli & laudabilis, & gloriosus, & superexaltemus in sacula.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tuba: laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus laudate eum in cymbalis jubilationis: omnis spiritus laudet Dominum. Gloria Patri, &c.

Sicut erat in principio, &c.

Deinde repetitur Antiphona.

Trium puerorum cantemus Hymnum: quem cantabant Sancti in camino ignis benedicentes Dominum.

Deinde Sacerdos dicit:

Kyrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison. Pater noster.

Vers. Et ne nos inducas in tentationem.

Resp. Sed libera nos à malo.

Vers. Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua.

Resp. Et sancti tui benedicant tibi.

Vers. Exultabunt sancti in gloria.

Resp. Lætabuntur in cubilibus suis.

Vers. Non nobis Domine non nobis.

Resp. Sed nomini tuo da gloriam

Vers. Domine, exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Vers. Dominus vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

ORE-

O R E M U S.

DEUS, qui tribus pueris mitigasti
flamas ignium: concede propitius,
ut nos famulos tuos non exurat flamma
vitijs.

Actiones nostras quæsumus Domi-
ne, aspirando præveni, & adjuvando
prosequere: ut cuncta nostra oratio &
operatio, à te semper incipiat, & per te
cœpta finiatur.

Da nobis, quæsumus Domine, vitijs
nostrorum flamas extinguere: &
qui B. Laurentio tribuisti tormento-
rum suorum incendia superare. Per
Christum Dominum nostrum. Amen.

O R A T I O D I C E N D A

post Missam.

OMnipotens sempiternæ Deus, con-
servator animarum; mundique re-
demptor, me famulum tuum ante Ma-
jestatem tuam prostratum benignissime
respice, & sacrificium, quod in honore
nominis tui pro salute fidelium tam vi-
torum, quàm etiam defunctorum &

○ 5

PRO

ORE

pro peccatis , & offensionibus meis
 obruli , pijsimè respice , iram tuam à
 me remove , gratiam , & misericor-
 diam mihi concede , januã Paradisi mi-
 hi pande , ab omnibus malis me poten-
 ter eripe , & quicquid proprio com-
 missi reatu , clementer indulge. Et
 sic in hoc sæculo , in præceptis tuis fac
 me perseverare , ut dignus electorum
 gregi copulari efficiar : te præstanti
 Deus meus cujus nomen benedictum
 honor , atque regnum permanet in sæ-
 cula sæculorum. Amen.

ALIA ORATIO,

S. BONAVENTURÆ.

TRansfige, dulcissime Domine Jeso,
 medullas & viscera animæ meæ
 suavissimo ac saluberrimo amoris tui
 vulnere , vera serenaque & Apostolica
 sanctissima charitate , ut langueat & li-
 quefiat anima mea solo semper amore
 & desiderio tui te concupiscat : & desi-
 ciat in aëria tua , cupiat dissolvi , &

esse tecum. Da, ut anima mea te esu-
 riat, panem Angelorum, refectio-
 nem animarum sanctarum, panem
 nostrum quotidianum supersubstantia-
 lem, habentem omnem dulcedinem
 & saporem, & omne delectamen-
 tum suavitatis, te, in quem deside-
 rant Angeli prospicere, semper esu-
 riat & comedat cor meum, & dulce-
 dine saporis tui repleantur viscera ani-
 mæ meæ te semper sitiatur fontem vitæ,
 fontem sapientiæ & scientiæ, fontem
 æterni luminis, torrentem volupta-
 tis, ubertatem domus Dei, te sem-
 per ambiat, te quærat, te inveniat, ad
 te tendat, ad te perveniat, te meditetur,
 te loquatur, & omnia operetur in lau-
 dem & gloriam nominis tui, cum humi-
 litate & discretionem, cum dilectione &
 delectatione, cum facilitate & affectu,
 cum perseverantia usque in finem: &
 tu sis solus semper spes mea, tota fidu-
 cia mea, divitiæ meæ, delectatio mea,
 jucunditas mea, gaudium meum,
 quies & tranquillitas mea, pax mea,
 suavitas mea, odor meus, dulcedo mea,
 cibus meus, refectio mea, refugium
meum, auxilium meum, sapientia

mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa, & firma, & immobiliter semper sit radicata mens mea, & cor meum. Amen.

ALIA ORATIO S. THOMÆ
de Aquino.

GRatias tibi ago Domine sancte, propter omnipotens æterne Deus, qui me peccatorem, indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiae tuæ satiare dignatus es pretioso corpore & sanguine filij tui Domini nostri Iesu Christi. Et precor ut hæc sancta Communio non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & scutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio, concupiscentiæ & libidinis exterminatio, charitatis & patientiæ, humilitatis & obedientiæ, omniumque virtutum augmentatio contra insidias, inimicorum omnium, tam visibilium, quam invisibilium firma defensio: motuum meorum, tam carnalium quam spiritualium, perfecta quietatio: in re
pro

uno ac vero Deo firma adhæſio: atque
 finis mei felix consummatio. Et precor
 te, ut ad illud ineffabile convivium me
 peccatorem perducere digneris: ubi tu
 cum Filio tuo & Spiritu Sancto, sanctis
 eius es lux vera, sarietas plena, gaudium
 sempiternum, jucunditas consummata,
 & fœlicitas perfecta. Per eundem Chri-
 ſtum Dominum noſtrum, Amen.

ALIA ORATIO.

Gratias tibi ago, Domine piſſime,
 quod me ad officium ſacerdotale
 elegiſti. Gratias tibi ago, dulciſſime
 Deus, quod me tuo dulciſſimo corpore
 & ſanguine refeciſti. Gratias tibi ago,
 Domine clementiſſime, pro devotione,
 quâ me in hac Miſſa ſpecialiter reſpexi-
 ſti. Gratias tibi ago, benigniſſime Deus,
 quod me protegenda à periculoſis ne-
 gligentijs cuſtodiviſti. Mi Domine Deus,
 ecce pro gratiſſimâ electione, pro dul-
 ciſſimâ refectione, pro tam piſſimâ reſ-
 pectiōe, pro tam benigniſſimâ prote-
 ctiōe & cuſtodiâ, tibi optime Deus, ex
 toto corde gratias ago, te benedico, te
 laudo, & te glorifico in æternum. Eja

o z

anus

nunc oro, pijsime Deus, ut sit mihi hoc
 dulcissimum Sacramentum contra om-
 nium peccatorum meorum vulnera effi-
 cacissimum medicamentum. Sit mihi,
 benignissime Deus, hoc dulcissimum
 Sacramentum omnis virtutis & gratia
 victoriosissimum complementum. Sit
 mihi, pijsime Deus, hoc dulcissimum
 Sacramentum tam in vitâ, quàm in mor-
 te contra omnia pericula validissimum
 tutamentum. Sit mihi, dulcissime
 Deus, hoc amantissimum Sacramentum
 ad æternam beatitudinem solidissimum
 fulcimentum. Mi, Domine Deus per
 sumptam, quæso, Eucharistiam, da mi-
 hi ut à peccatis emundatus, merito
 fœcundatus, sine bono consummatus,
 tecum in perpetuum sim beatus, cui est
 honor, & gloria in sæcula sæculorum.
 Amen.

ALIA GRATIARVM ACTIO POST
 Missam.

O Dulcedo cordis mei, & Vita animæ
 meæ. O Essentia essentia meæ, &
 jucunda Requies Spiritus mei. Bone Je-
 su Christe, Dulcis Jesu, immortales
 sibi

tibi ago gratias pro omnibus beneficijs
 mihi collatis signanter verò, quia ho-
 die dignum me fecisti, verum, & im-
 maculatum corpus, & sanguinem tuum
 pretiosum consecrare, pertractare, il-
 ludque tibi offerre in memoriam tuorū
 mirabilium, ad tuam gloriam, in remis-
 sionem omnium peccatorum, tam meo-
 rum, quam illorum, pro quibus orare,
 sacrificare, & offerre proposui, illoque
 in salutem, & consolationem animæ
 meæ cibari, & nutriri. Quapropter ve-
 rè dicere audeo: Cibus meus CHRIS-
 TUS, & ego eius. Multiplicio intendo
 meam voluntatem in infinitum in tuis
 laudibus; precorque Beatissimam Ma-
 trem tui MARIAM, Angelos, Sanctos,
 Sanctas, & creaturas universas pro me
 immensas tibi referre gratias. Imò quia
 istæ minimè sufficiant, te supplico tibi
 ipsi gratias agere, te laudare, & glorifi-
 care complaceas: Et quia dignatus es
 istam indignam tuam tamen facere ha-
 bitationem, dignare quoque apud ipsam
 perpetuam facere mansionem. Efficce
 me hominem secundum cor tuum, Uni-
 me tibi intimè, & totum transforma &
transmuta in te, Salvame Jesu Chri-
ste

hi hoc
 a om-
 ra effi-
 mihi,
 simum
 grazia
 n. Sit
 simum
 o me.
 simum
 sissime
 eatum
 simum
 us per
 da mi-
 merito
 natus,
 ui est
 orum.

POST

nimæ
 ear, &
 de Je-
 rcales
 sibi

ste, Mediator DEI, & hominum, & cunctam à me, hostis antiqui depelle nequitiam, per tuam innocentissimam Passionem. Oro tandem, ut digneris gratias, & indulgentias omnes, quas hoc Sacrificio, vel Communionem mediante acquirere, vel lucrari possum, concedere, tam mihi, quàm alijs vivis, & defunctis, quibus applicare proposui, quia te ipsum, & pro ipsis exoro, pro quibus, tu vis, & Sanctissimus Pontifex intendit hac de causa me debere orare, Amen. Pater noster. Ave Maria. De profundis, &c.

Oratio post Missam.

Ineffabilem misericordiam tuam Domine JESU Christe humiliter exoro, ut hoc Sacramentum Corporis, & Sanguinis tui, quod suscepi indignus, sit mihi purgatio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra mundi pericula firmamentum, sit impetratio veniæ, sit stabilimentum gratiæ, sit medicina Vitæ, sit memoria tuæ passionis, sit contra debilitatem fomes, sit viaticum meæ

per-

peregrinationis. Euntem me conducatur, errantem me reducat, revertentem me suscipiat, titubantem teneat, cadentem me in gloriam introducat. O altissime Deus, Beatissima præsentia Corporis & Sanguinis tui sic immutes palatum cordis mei, ut præter te nullam unquam sentiat dulcedinem nullam amet pulchritudinem, nullum quærat illicitum amorem; nullam desideret consolationem, nullam admittat unquam delectationem, nullum curet honorem, nullam timeat crudelitatem. Qui vivis & regnas, &c.

Alia Oratio.

I Am dulcissime atque Amantissime JESU, unica spes salutis meæ, nullatenus tibi dignè regratiari possum, de universis beneficijs mihi impensis. Ago autem gratias humiles tibi Clementissime Deus, quod me dulcissimo corpore, & pretiosissimo sanguine tuo reficere voluisti. Gratias tibi ago misericors Deus, quòd me ad officium sacerdotale elegisti, & rogo te Domine JESU Christe, ut remittas mihi universas negli-

gli.

gligentias meas, & omnia errata mea: parce & remitte mihi propitiabilis Deus, quod Sanctissimum Corpus, & Sanguinem tuum tractavi & sumpsi tam irreverenter, & indevotè. Parce queso, benignissime Deus, & remitte omne quod in hac Missa tam in eiendis, quam in agendis vanis seu vagis cogitationibus transivi incautè seu negligenter. Eja deprecor te misericors Deus, ut tibi hoc sacrificium, gratum sit & acceptum, quod obtuli in honore nominis tui, & gloriosæ Virginis, & Matris Mariæ, atque in honorem S. N. & S. N. omniumque electorum tuorum, pro vivorum, & mortuorum salute. Da igitur mitissime DEUS, vivis omnibus gratiam & misericordiam, defunctis requiè & veniam, Ecclesiæ tuæ pacem & concordiam, nobis autem miseris peccatoribus hic ambulantiibus, fidem rectam, spem firmam, charitatem perfectam, & tandem vitam consequi sempiternam. Qui vivis & regnas, &c.

Alia Oratio.


Q Benignissime Domine JESU Christe, respice super me indignum fa-

famulum tuum oculis misericordiae tuae quibus respexisti Petrum in atrio, Mariam Magdalenam in Convivio, & latronem in Crucis patibulo. Et concede mihi, ut cum Petro peccata mea digne fleam, & cum Maria Magdalena perfecte diligam, & cum latrone in caelesti paradiso aeternaliter te videam, Amen.

Oratio ad Beatissimam Virginem Mariam.

SERENISSIMA inclita Mater Domini nostri JESU Christi, Virgo gloriosa, Regina mundi, quae eundem Creatorem, in tuo sanctissimo utero fuisti digna portare, cuius idem corpus sacratissimum, & sanguinem sumpsi, ac rogo, ut pro me peccatore intercedere digneris, quidquid in hoc ineffabili sacrificio, ignoranter, negligenter, irreverenter, & accidentaliter, omisi, vel admisi, tuis sacratissimis precibus mihi dignetur indulgere, Amen

PARS



PARS IV.

Pia Documenta,

ET

BREVES MEDITATIONES,
ANTE, ET POST MISSAM, AD
utiliter per Annum præcipua salutis
nostræ Mysteria recolenda conti-
nens.

CAPUT I.

DE IPSA PRÆPARATIONE ANTE
Missam.

Quicumque ad sacram, atque ipsis
Angelis formidandam Sacerdotij
digni-

dignitatem vocatus est, Missamque eodie peragere instituit, opus est, ut tempore convenienti dignam adhibeat preparationem, quæ in his, 4. præcipue consistit, scilicet: 1. Vitæ puritate. 2. Intentionis rectitudine. 3. Devotionis excitatione. 4. Et generali eorum, quæ sibi, alijsque necessaria sunt, postulatione.

§. 1. De puritate.

CHRIStus Dominus, quamvis Apostolis (quos Sacerdotes consecraturus, & Sacros. Eucharistia refecturus erat) dixisset. *Ioan. 13. 10. Vos mundi estis*, tamen illud etiam adjecit: *Qui lotus est non indiget, nisi ut pedes lauet*; indicat homini, etiam à peccatis gravioribus, libero, affectus inordinatos (qui sunt animæ pedes, abluendos esse. Et si in Veteri Testamento) ubi tantum huius divinissimi sacrificij umbra erat) mandabatur, *Levitici. 2. Omnis qui accesserit ad ea, quæ consecrata sunt in eo, in quo est immunditia peribit coram Domino, quantus candor, & quam insignis immundities ac dignitas, à Sacerdote Novi Testamenti*

menti

menti (qui rem tam divinam tractat,)
 exigeretur ? Major sanè in immensum
 est sacrificij vestri, puritas, ac tanto ma-
 jorem Sacerdotum puritatem exquiret.
 Adèd ut sanctus Gregorius Nazianze-
 nus Apolog. 1. affirmet neminem ad dig-
 nè celebrandum , novæ legis sacrificium
 idoneum esse , qui non seipsum prius
 Deo *hostiam vivam ac sanctam* exhibue-
 rit. Atque hujus puritatis defectus, sæpe
 in causa est, cur Sacerdotes non pauci,
 tam parvum, ex frequenti huius divini
 sacrificij usurpatione , fructum perci-
 piant. Ad eum modum, quò Judæis pa-
 rum pijs *Aggeus Propheta* (cap. 1. 6. dice-
 bat : *Comedistis panem Angelorum, &
 non estis satiati fructu eius: bibistis sangui-
 nem ejus pretiosissimum, & non estis in-
 ebriati à vino purissimæ charitatis Dei,
 & qui congregavit mercedes, thesauros sci-
 licet Christi Salvatoris in quo habitavit
 plenitudo divinitatis corporaliter Coloss. 2.
 misit eas in saccum pertusum, in cor distra-
 ctum ac vanitatibus discissum, nullum
 inde fructum colligentes. Ne tamen
 omnino diffidas si hunc ornatum tibi
 deesse videris, cum aliqua corporis af-
 flictione, cordis compunctione ac fre-*
 quen-

quenti quotidianorum defectuum confessione farcire satagas.

Paragr 2. *De rectitudine intentionis.*

Puritatem internam mentis sequitur *rectitudo intentionis* quæ efficit, ut sacrificium hoc, ad Dei gloriam ordinatum, tantum ad eandem gloriam, vel quæ, ad illam spectant, referatur. Qui aliter celebrat, dignus est ab omnibus deplorari, prout etiam S. Bonaventura tract. de preparat. ad Missam cap. 3. deplorat hisce verbis: *Va, va, va, Domine Deus, quanti hodie infelices ad sacros ordines accedunt, & divina mysteria accipiunt, non cœlestem panem, sed terrenum quærentes non spiritum, sed lucrum, non Dei honorem, sed suam ambitionem, non salutem animarum, sed questum pecuniarum; &c.* Quia & illud peculiariter cavendum est, ne ex sola quadam arida & insipida consuetudine ad sacrificium offerendum atcedas, sed excelsum aliquem, cœlestem ac sublimem finem tibi actuali intentione proponas. Quales sunt, qui sequuntur: Dei honorem, nostrumque aut proximi etiã commodum spectantes; id est, Spiritua-
lis

lis cum Christo unio atque transformatio, qua divinis cogitationibus, affectibus, ac moribus, in Deum quodammodo transformeris. Quamquam D. Bonaventura ubi *suprà*, alios etiam fines addat, ut sunt, 1. Peccatorum venia atque remissio, 2. propriæ infirmitatis subsidium, 3. Tentationis amotio, 4. alicuius boni Spiritalis impetratio, 5. Pro acceptis gratiarum actio, 6. Subsidium vivorum atque mortuorum, 7. Laus Dei & Sanctorum eius, 8. Gratia interioris augmentum, 9. perseverantiæ in beneceptis impetratio, 10. Sanctificatio ab omni inquinamento carnis & spiritus, ut Deo in virtute excessivæ charitatis adhareamus.

Alij ex 7. orationis dominicæ petitionibus septem fines eliciunt, atque unicuique diei rotius hebdomadæ finem suum attribuunt. Alij totidem fines ex 7. verbis à Christo Domino in Cruce prolatis elicientes, eosdem in totidem septimanæ dies dispertiunt: Quemcumque modum tenueris, id semper cures, ut ex purissima intentione Deo placendi, teque illi per amorem uniendo; ad celebrandum accedas, valorem quidem

Missæ

Missæ ei præcipuè applicans, pro quo celebrare teneris, sed etiam memor ut semper in virtute ac mentis puritate proficias.

Parag. 3. De excitatione devotionis.

HÆc excitatio in eo consistit, ut Sacerdos sit devotione flagrantissimus, eo quod panem cœlestem amore calidum, & prunam igne cœlesti accensam oblaturus sit. Qualis erat ille calculus apud Isaiam cap. 6. qui Christum (teste S. Cyrillo. lib. 1. in Isa) repræsentabat: hic enim est vere carbo ignitus, intus ac foris igne plenus; vel carbunculus seu gemma pretiosa igneæ naturæ, quæ ad modum ignis fulget ac splendet, ut Sacerdos pariter hunc calculum tangens, ac gemmam in sinu recondens, remota omni tepiditate, igne charitatis & devotionis ardeat. Excitatur autem hic ignis cœlestis, a trenta huius mysterij consideratione cuius tanta vis est, ut saxea, vel etiam ænea corda ad tanti ignis præsentiam, liquefiant. Et quamquã in eo innumera sint, de quibus meditari liceret: Tamen, tria illa capita (Quis,

P

AD

AD QUEM, & QUAE DE CAUSA VENIAT) vehementer, animum commovere solent. Unde & in sequentibus 7. meditationibus per singulos hebdomadae dies distriburis (quæ paulo post hic ponentur) illa capita peculiariter attingemus.

S. 4. De generali postulatione.

Postrema præparatio consumitur in usu postulationis, in quo Sacerdos debet esse largissimus. Cum enim sit persona publica, debet tam pro se, quam pro alijs orare ijsque utilia ac profutura postulare. Neque est, quod repulsam aut audaciae sugillationem pertimescat. Cum enim Deo Patri offerat filium unigenitum, illi summè dilectum ac per omnia æqualem, sacrificium offert valoris infiniti, cuius pretium, nullis limitibus, terminisque concluditur. Quare non mirum, si Sacerdos pro tanto pretio, non tantum regni dimidium, sed integrum etiam regnum cœlestē, & quæ ad illud virtuosè diripiendum pertinent, postularēt. Et quamquam hæc res talis sit, ut ex cuiusque affectu ac devotione pendeat, atque ex Spiritu

Sac.

Sancti unctione potissimum habeatur, tamen pauca quædam hic subicientur, quæ à viris hoc genere exercitatis usurpari solent: quæ tamen ne officium publicum cum aliorum tædio, nimium extrahatur, privatim potius, ac pro cuiusque opportunitate atque occasione peragenda erunt. Vir ergo quidam pius ac varijs occupationibus districtus, *nocturno tempore*, aut certè *summo mane*, postulationes suas ac gratiarum actiones Deo offerebat, omnia sua desideria ad certa quædam capita revocans ac petens.

1. Pro omnibus beneficijs quæ à puncto conceptionis suæ accepit, & in omnem æternitatem accepturus est.

3. Pro universis donis sacratissimæ Christi humanitati castissimæ Dei parenti omnibus Sanctis, tam Angelis, quam hominibus concessis.

4. Pro vocatione ad religionis vel clericatus statum, pro votis ad eius honorem emissis ac talentis, tam naturalibus quàm supernaturalibus ipsi communicatis.

5. Pro collata Sacerdotij sanctissimi, ac sublimissimi dignitate, ad quam su-

stinendam petendum, ut ornamenta omnia ad hoc necessaria conferat, præcipuè fidem, humilitatem, timorem, reverentiam, charitatem, ut tantum bonum sine fructu non transeat.

6. Pro omnibus infidelibus, Judæis, Turcis, Mauris, Hæreticis ac Schismaticis, ad fidem & unitatem convertendis.

7. Pro Ecclesia, ejusque capite, summo Pontifice, pro singulis Ecclesiæ ordinibus ac religiosis cœtibus, ut omnes verbo, & exemplo instruant, & ad bonum promoveant.

8. Pro regibus aliisque magistratibus in officio constitutis, ut quietè, tranquillè, arque ad Dei gloriam, commissam sibi rempublicam regant.

9. Pro omnibus spiritali ac corporali necessitudine coniunctis, immo pro captivis, vinctis, ægris, tentatis, tribulatis, agonizantibus, aut in alia necessitate constitutis: quin & pro inimicis ipsis, quibus Christi exemplo ignoscendum, & pro illis laborandum est.

10. Ad hæc pro animabus omnibus, in purgatorio detentis, ut Deus eis refrigerium & sedem æternæ quietis indulgeat.

II. Tibi vero non tantum peccatorum remissionem & contritionem tribuat, sed etiam mortificationem inordinatorum affectuum, simulque fidem, spem, charitatem: item Virtutes Cardinales atque appetitus tam concupiscibilis, quam irascibilis, compositionem, unã cum donis Spiritus sancti, quibus ornatus, & ei in hac vita ad extremum usque felicissimum gratus existas, & beatificæ eius visionis, quando cumque ei placuerit, tandem aliquando fruamerearis.

 CAPUT II.

ANTE SACRVM.

Meditationes septem, pro singulis Hebdomada diebus.

PRO DOMINICO DIE.

DE REGE.

Quis venit? Christus Rex benignus, mansuetus, non jam ad reg-

regnandum, sed ad dicendam Justitiam, dandem salutem, &c.

2. *Ad quem?* ad subditum, qui debet decem millia talenta. Matth. 18. 24. qui nec obolum habet, unde incipiat tam grande debitum exsoluere, nisi ab ipso accipiat &c.

3. *Ad quid venit?* non ut servum vendat, non ut omnia accipiat, & filios servituti subjiciat, sed ut tribuat ei pretium majus debito, corpus sanguinem, &c.

FER. II. DE DOMINO.

1. *Quis venit?* DOMINUS, qui servis imposuit jugum suæ ve, Matth. 1. & onus leve suæ legis, ac pro obsequijs unius momenti, daturus est æternum gloria pondus 2. Cor. 4. 17.

2. *Ad quem?* ad mancipium, in quod plus quam millies legis sanctissimæ vincula fregit, jugum servitutis excussit, & adversario (peccato) se subjicit.

3. *Ad quid?* ut hoc principium trahat (Ose 11. 4.) in vinculis Adam i. charitatis, & ereptum à jugo inordinatarum passionum, reducat in servitutem suam omni imperio feliciorum.

FER.

FER. III. DE MAGISTRO.

1. *Quis venit* MAGISTER, facilis, non ut illi, qui alligant onera gravia, Matth. 23. 8. & nolunt ea digito movere, Act 1. sed qui fecit prius, quod docet, & in via perfectionis, homines, Angelos, &c. erudivit.

2. *Ad quem?* ad rudem DISCIPULUM, qui nunquam hactenus, vel valde sero, ad audiendam doctrinam virtutum venit, & cito per levitatem recedit.

3. *Ad quid?* ut (cum sponsa) apprehendam eum (fide,) & ducam (spe) in domum (mentis mee:) ibi docebit me vias Iustitiae, & ego dabo ei vicissim vinum SS. affectuum.

FER. IV. DE AMICO.

1. *Quis venit?* Christus AMICUS, qui nos pretio sanguinis redemit, & ad dignitatem amicissimorum evehit: qui à nobis desertus, non deserit: peccatis irritatus, non contemnit.

2. *Ad quem?* ad eum, qui toties amicitiam contempnit, gratiae peccatum

præposuit, ac eius familiaritatem pro
vanissimis hominum colloquijs com-
mutavit.

3. *Ad quid venit?* ut sit amicus fide-
lis, protectio fortis, & eo invento the-
saurum habeam, & augeat amicitiam,
atque intimius semper mihi amorem
uniat.

FER. V. DE FRATRE.

1. *Quis venit?* verus FRATER, qui
licet verus Deus, non confunditur fra-
tris vocatione. Frater *primogenitus*,
Hebr. 2. cuius tota est hæreditas, sed
alios libentissime adoptivos admittit.

2. *Ad quem?* ad me FRATRICIDAM
quem, ceu Cain, *in agro huius Gen. 4.*
mundi, peccatis occidi, & eum quasi tu-
mulentum amore, (novo vino) acerbis-
sima morte mulclavi.

3. *Ad quid?* ut FRATREM (à quo
occisus est) in vita spiritali conservet,
neque profugum, ac vagum super ter-
ram esse permittat.

FER. VI. DE PATRE.

1. *Quis venit* PATER (Il. 9. 7 *futura* *saeculi*, & habitantibus (Is 22. 21.) Hierusalem, qui Ecclesiae filios verbo veritatis genuit, & esse divinum (per gratiam) tribuit, qui nos tenerrime amat, & filios vocat, (1. Joan. 2.) donec formetur in nobis. Gal 4. 19.

2. *Ad quem venit?* ad me *filium prodigum*, Luc. 1. 22. dissipavi substantiam gratiae divinae ad salutem, inaniter, valde, & inutiliter.

3. *Ad quid?* ut induat me *stola prima* (amictu gratiae) det *annulum* donorum caelestium, *calceis*, auxiliorum, protegat *pedes* (affectus) ut satiet *vitulo saginato* (corpore & sanguine suo,) defendat à fratre majore, à superbia, & in domo hereditatis caelestis possessorem faciat.

DIE SABBATHI.

DE SPONSO.

1. *Quis venit?* SPONSUS, ut *sponse* (Os. 2. 19. 20. in iustitia, iudicio, & mi-

sericordia, fide, miserationibus, in sempiternum, quia non vult unquam ab animo recedere. In *Iustitia*, quia iustificat: in *judicio*, quia ab adversitatibus liberat, in *Misericordia*, quia donis in caelestibus ditat; in *Fide*, quia animam non propter opera, sed propter fidem in Christum, in gratiam admittit.

2. *Ad quem?* ad animam quae ante peccatis patuit, in colle superbiae, sub ligno frondoso, creaturarum, amoris impuro se tribuendo.

3. *Ad quid?* ut anima compuncta revertatur, & ad lectum dulcissime familiaritatis admittatur. *Hier. 3. 1. Revertentem suscipiam te.*

CAPUT III.

POST SACRVM.

SACRO finito, hymno *Benedictio* salisque orationibus Ecclesiae recitatis, in locum quietum te recipe, ut, antequam ad ulla negotia te converteris, gratias Deo de hoc caelesti convivio

vivo

vio referas, & hic divinus cibus in substantiam tuam convertatur. Certè ingratitude magna esset hoc negligere, & signum vel mortis spiritualis, vel tepiditatis ad mortem disponentis, quia ignem, (ait S. Bonavent. Tract de præparat. ad Miss. c. 4.) posuisti in sinu, & non sentis calorem: mel in ore, & non sentis dulcedinem: & Deus ingritudinem valde exosam habet.

Orationum actiones septem pro totidem hebdomada diebus.

I. DOMINICA.

DE REGE.

Vide Salvatorem in medio cordis tui tanquam regem potentissimum: te verò tanquam reum & multorum peccatorum conscium, astantem, ac veniam, atque misericordiam petentem.

2. Age gratias de s. rebus *Primò* quòd voce tua panem & vinum convertit in corpus & sanguinem: & adfuit in sacramento, non ut peccata puniret, sed

P 6

quasi

quasi Rex benignissimus tibi propitius
esset. 2. quod in manibus vilissimi pec-
catoris se ipsum posuit. 3. quod tanta be-
nignitate orationes peccatoris sordem-
tis audivit. 4. Quod os tuum intravit, &
in lingua refedit. 5. Quod in domuncu-
la imparatissima cordis tui habitare
constituit.

3. Detestare coram illo omnia pec-
cata tua in saeculo, in Religione, &c.
commissa, magnum dolorem concipe,
indulgentiam pete.

4. Dilige eum toto corde, ita scilicet,
ut desiderio, ac firmo proposito ni-
hil illi contrarium velis: nihil quod ad
illum, actu aut vi recte, non tendat ac
dirigatur, ita ut illum tibi ac reliquis
omnibus praeponis.

5. Tandem pete à Domino septem
dona, similia illis, quae B. Virgo (ex
Bonav. cap. 3. Medit.) quotidie petebat.

1. Auxilium efficax, ut praecipuum
amoris Dei compleas. 2. Ut constanter
diligas proximos, & quod Deus dili-
git. 3. Quod odio Deus habet, verissi-
mè oderis. 4. Ut humilitate, castitate,
obedientia, contemptu saeculi & uni-
versis virtutibus exorneris. 5. Ut corpus

ac mentem, dignum sibi habitaculum efficiat.

6. Ut post hanc vitam videas oculis carnis SS. eius humanitatem, & B. Virginem oculis mentis, ipsius divinitatem clarè aspicias, atque in æternum possideas.

7. Ut in hoc templo, & omnibus, qui sunt in toto orbe, ab universis Sacerdotibus fidelibus, dignam veneracionem accipiat.

FER. II. DE DOMINO.

1. Respice Christum in medio cordis tui, ut Dominum, qui pretio sanguinis te redemit, teque ipsum veluti servum, qui per novum fervorem, ad ipsum vis redire: atque in omnibus, illi placere concupiscis.

1. Age gratias quod in hoc sacramento præsens adfuerit, ut habitaculum cordis regat, & turbam passionum dono mortificationis componat. 2. quod manibus sordescens ac vilissimi mancipij se tractari permisit. 3. quod tanta mansuetudine petitiões seras excipit 4. quod os tuum intravit, & in lingua tua resedit

P 2

5. quod

2. quod Rex Regum, quem Cœli non capiunt, in angusto tugurio mancipij sui, manere constituit.

3. Desidera, ut ad præsentiam eius, Domini tui, tota domus cordis tui quietæ & tranquilla sit: Ac statue apud teipsum, te refecturum iudicium, voluntatem, affectus, ac sensus omnes mortificaturum, & quicquid illi displicet, rejecturum.

4. Dilige eum. *Ex tota anima*, submitrendo illi vitam, solumq; eam conservando ad obsequium eius, ac dirigendo cogitationes, verba, opera ad eius beneplacitum.

5. Postula illa 7. dona, de quibus supra in 1. gratiarum actione, ad finem dictum est.

FER. III. DE MAGISTRO.

1. Aspice Christum *in medio cordis tui*, tanquam magistrum, qui te viam salutis docet, & gratiam ad faciendum, quod docet, impertit: Te verò respice, quasi *discipulum* ejus, qui ob magnam negligentiam tuam, nihil, aut valde parum ex doctrina ejus profecisti.

2. *Grat*

2. Gratias age 1. quod præsens adfuit in sacramento, ut tanquam doctor sapientissimus, viam perfectionis doceat erudiendo quæ agenda sint aut omittenda. Quod manibus discipuli pervicacis se tractandum præbuit. 3. Quod tanta misericordia peritones discipuli, doctrinam cœlestem postulantis, audivit. 4. Quod intravit, & in lingua resedit.

5. Quod Magister Angelorum & hominum, in infima classe cordis permadere constituit, ut te doceat perfectionem potentiam, zelum animarum, &c.

3. Erubescere coram eo, quod alienus sis à doctrina, tiro in via perfectionis: & imitatione eius, statue te, creatura omnia intellectu & affectu deserturum, abscindendo inordinatū amorem creaturarum.

4. Dilige eum *ex toto mente*. 1. spiritum ab omni eo quod displicet mundando. 2. animam virtutibus ornando. 3. memoria, intellectu, voluntate ei adhaerendo.

5. Tranquillitatem mentis inquirendo, ut Christus in te habitet.

6. Pete 7. dona, de quibus supra dictum in prima gratiarum actione.

FER. IV. DE AMICO.

1. Respice Christum *in medio cordis tui ut amicum* fidelissimum, qui te facultam & mancipium suum, ad amicitiam suam, & familiaritatem extulit: te vero cogita tanquam *amicum* merse vel potius *mercenarium*, qui cum consolationes recipis, cum diligis; cum autem ad emendationem flagellaris, in dilectione torpescis.

2. Gratias immensas illi age: *Primò*, quia sacramento præsens ita fuit, ut te, sibi factum per gratiam amicum, visitaret, & tecum colloquia *dulciora super mel & favum* Psalm. 18. 12. miseret. 2. Quia manibus *amici parum fidelis*, & tepidissime amantis, se & sua bona commisit. 3. quia tam gratis auribus petitiones amici, perseverantiã in amicitia postulantis, auscultavit. 4. quia os tuum intravit, & in lingua resedit. 5. quia amicus ditissimus in conclavi amici pauperrimi semper per gratiam suam, habitare constituit.

3. Pudorem ac dolorem concipe de nuditate, quia virtutibus nudatus es, ac fordidis vitiorum pannis contactus. Desideria virtutum accende, earum præcipue, quarum magis indiges, eas instanter pete, & aliquam (prout tempus tulerit) actibus internis exerce.

4. Dilige Dominum Deum tuum *ex omnibus viribus*; id autem facies, si vires animæ tuæ (memoriam, intellectum, voluntatem) necnon & sensus ac organa corporis tui, in unione virium ac sensuum ipsius, illi offeras, & eis semper, in obsequium ipsius uti constituas.

5. Pete septem illa dona, de quibus suprà, Feria I. dictum est.

FER. V. DE FRATRE.

1. Respice Christum Salvatorem *in medio cordis tui*, ut fratrem tuum natu majorem ac *primogenitum in multis fratribus*, qui hostes patris æterni reconciliavit, & suos fratres effecit: teque, ut *fraterculum* eius merito minimum, aut potius tali nomine prorsus indignum, quia illi es vita, & moribus valde dissimilis.

2. Gratiarum immensas illi age, primò
quia

quia in Sacramento præsens adfuit, ut non inimicum diceret, sed fratrem agnosceret; ac tecum paternam hereditatem divideret. 2. quia manibus tuis minimi scilicet fratris se tangendum dedit, ut dum ad eum accedis, *super genua sua tibi blandiatur*, & te prima elementa virtutis docere dignetur. 3. Quia tanta benignitate petitiones fratris moribus dissimilis, & conversationis tempore, ipsum pædio afficientis, audivit. 4. Quia ortuum intravit, & in lingua resedit.

5. Quia filius primogenitus æterni Patris, in cælo jam regnans obscurum cubiculum fratris, in exilio manentis, non exhorruit, sed in eo habitare sustinuit.

4. Te à tam amantissimo fratre elongatum adverte, & de tua miseria conquerere, eius intimam familiaritatem, per donum orationis, ardentè exopta, ac instanter postula, & omnia ad hoc donum consequendum necessaria tibi præstanda esse propone.

5. Dilige eum *ex omni virtute tua*, quod facies, si omni conatu te omnia mala adversaturum, & bona in præcepto posita, & consilijs evangelicis iuncta

Juncta, te perfecturum, efficaciter proponas, & fideliter impleas.

6. Petes 7. quæ suprâ dicta sunt.

FERIA VI. DE PATRE.

1. Respice Christum Salvatorem, in medio cordis tui, ut patrem piissimum, qui te, in cruce; non delicijs, sed doloribus genuit: teque ut *filium prodigum*. Luc. 15. ex longa peregrinatione revertentem, postquam bona de manu Patris accepta in vitijs dilapidasti, & beneficio ejus, bonis, ac misericordia ejus indigere cognovisti.

2. Gratias immensas illi age. 1. Quia in sacramento præsens adfuit, ut te filiū insanum, ex terra sterilissima, nempe ex te ipso ad illum revertentem brachijs dilectionis astringeret, 2. quia manibus filij inobedientissimi, se tangendum, & tractandum tradidit. 3. Quia tanta pietate petitiones filij inobedientis ad eum redeuntis, ac veniam postulantis, exaudivit. 4. Quia os tuum intravit, & in lingua refedit.

Quia Pater infinito amore dignissimus, non solum filium nequam, rever-

ter-

centem in suam domum recepit, sed in
 sterquilinio eius *nempe in pectore tuo*, ma-
 nere voluit.

3. Positus coram illo, perfectionem
 ac sanctitatem veram, ardentem concu-
 pisce & posce: ut scilicet à peccatis mū-
 dus, & omni virtute exornatus, illi, in
 intellectu & affectu jugiter adhaereas,
 & per charitatem perfectam *ab illo, & in*
illo, & per illum vivas.

4. Dilige eum *ex omni fortitudine tua*,
 ita scilicet, ut propter illum vitam (si
 opus fuerit) & salutem corporis, & di-
 vitias, voluptates ac honores despicias,
 & sine creaturis vivere assuescas.

5. Pete 7. ut supra medit.

VII. SABBATHO, DE SPONSO.

1. Respice Christum Salvatorem, in
 medio cordis tui, ut *sponsam* dulcissimum,
 qui animam tuam non quia voluit, & sic
 suæ benignitati complacuit, animam
 que tuam velut *sponsam* eius ipsi vinculo
 status clericalis aut religiosi copulatam,
 & infinitis beneficijs & donis ad aman-
 dum illectam.

2. Gratiarum immensas illi age. 1. Quia

Sacra-

Sacramento præsens adfuit; ut te sibi spiritualiter jungeret, & amoris castissimo foveret amplexu. 2. quia ille quæ manibus suis *omnia portat*, tuis manibus, se tangendum, & ore amoris, se osculandum obtulit. 3. quia orationes infidæ *sponse*, eius aspectum, & amplexum postulantis audivit. 4. Quia os tuum intravit, & in lingua resedit. 5. quia in sinu tuo tanquam in lecto sibi desideratissimo, semper tecum pausare decrevit.

3. Afficere erga gloriam æternam, & cogere te ipsum, ut illam ferventer cupias, & ab hoc sæculo misero, emigrare desideres, dicque illi, tanquam *sponsor tuo*. *Cant. 1. 6. Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie.*

4. Omnes hodie affectus amoris collige, diligè que Deum tuum, orationem aliquantulum protrahens, ex *tota mente tua*, & ex *omni fortitudine tua*.

5. Pete 7. ut supra dictum est, meditatione prima.

MONITIO.

HÆc formula alicui commoda visa est, ad gratias post Missam agendas.

Tu

Tu verò sive hoc, sive alio modo, gratias agere non prætermittas. Id enim vitium esset ingratitude pessimum, etiamsi exigua recepisses: sed post tam eximium beneficium susceptum intolerandum, ac, si fieri posset, peius pessimo esse conspicitur. Et idem fortassis misericordias, quas exoptas, non recipis: quia huic tanto dono tam frequenter suscepto, ingratus existis. Nam ut sapienter scripsit S. Bernardus *sermon. contra vitium ingratitude*: Multos quoque videmus usque hodie, satis importunè petentes, quod sibi deesse cognoverint, sed paucos admodum novimus, qui dignas superacceptis beneficijs gratias agere videantur. Nec reprehensibile, quod instanter petimus, sed sanè petitioni negat effectum, quod invenimus ingrati. Et fortè hoc etiam clementia esse videtur, ingratis negare, quod postulant: ne contingat nobis, ut tanto gravius de ingratitude judicemur, quanto magis accumulatis beneficijs, ingrati probabimur extitisse. Ergo misericordie res est, in hac parte, subtrahere misericordiam. Quemadmodum iræ & indignationis exhibere mi-

seri
phe
qui
pio,
erg
illu
frec
ne
ate
Sac
sel

A

I
ne
re

âg
seri

Misericordiam, eam sanè, de qua per Prophetam ipse Pater misericordiarum loquitur dicens : Isa. 16. *Misereamur impio, & non discet facere iustitiam.* Simus ergo huic beneficio grati, & nunquam illud sine sequenti laudum & amoris frequenti exercitio, ac gratiarum actione sumamus, ut fructus, tam accepti æterno Patri sacrificij & tam ditissimi Sacramenti, nos simul cum eo percepisse lætemur.

C A P U T I V.

ALIA PRÆPARATIO;
 & Meditationes, ante & post
 Sacrum.

HÆc præparatio consistit præcipuè in puritate, & oratione, seu meditatione, qua animus ad tanta mysteria excitetur.

§. 1. De Puritate.

1. Necessitas hujus puritatis oritur ex ipsa Missæ excellentia, quæ Sacerdotibus


sem vehementer obstringit, ut *in statu gratia*, & absque lethali peccati conscientia eam celebret. Idque *duplici titulo*, scilicet, 1. quod sit sacrificium oblativum. 2. Quod SS. Sacramentum ipsemet sumpturus, adeo ut si cum peccato mortali accedat, committat duo sacrilegia aut certe unum gravissimum: quoniam, omne quidem Sacramentum, extra peccati statum tractari debet, sed hoc potissimum; in quo præsens est Christus ipse, omnis puritatis fons. Quare juxta præceptum legis, *Exod. 19. Sacerdotes qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne occidat eos.*

2. Præceptum, jure itaque Ecclesia (*in Conc. Trid. 13. c. 17. & can. 11.*) declaravit confessionem sacramentalem celebrationi præmittendam esse ab eo qui culpæ lethalis sibi conscius fuerit; ac necessitate urgente absque prævia confessione contritus celebrarit, ei, quem primum Confessarium habuerit, confessionem esse faciendam: idq; adeo necessarium est, ut si Sacerdos in ipso Sacro, vel ante consecrationem, vel communionem sibi alijsve præbendam in peccatum mortale (sola etiam cogi-

catio.

tatione) consentiret, contritionis actum tunc necessariò sub ipso sacro (ante consecrationem vel communionem) excitandum esse, finitoque sacrificio, confessionem, quàm primum potest, esse instituendam.

3. Ut dignè autem quis celebret, multò adhuc plura necessaria sunt, quæ ex iis, quæ alibi de communicatûris diximus, colligi poterunt, additis hic nonnullis, quæ sacerdotum sunt propria, quorum mundities debet esse, quasi Angelorum, aut talis, qualis Apostolorum fuit, quos Christus primos novæ legis Sacerdotes instituit, quibusque *pedes* (ante hujus sacramenti institutionem) ipsemet suis *manibus lavit*, significans Sacerdotem liberum esse debere à levioribus maculis, & à curis etiam terrenis. Si enim calix, patena, & similia aurea, aut argentea adhibentur: eaque ut à pulvere & sordibus munden- tur, curari solet: quantò major diligen- tia adhibenda est, uti Sacerdos habeat puras manus, os, linguam, & præcipuè cor, quibus hoc Sacramentum purissi- mum tractat, consecrat, atque intimè etiam suscipit ac sibi conjungit. Ac pro-


inde

ES
 et in statu
 ati con-
 duplici si-
 rificium
 nentum
 um pec-
 rat duo
 sumum:
 entum,
 debet,
 esens est
 is fons.
 Exod. 19.
 , sancti-
 Ecclesia
 (1.) de-
 centalem
 e ab eo
 fuerit;
 prævia
 t, ei,
 buerit,
 q; adeo
 sin ipso
 m, vel
 bendam
 m cogi-
 satio.

inde curare debet, secundum Apostoli consilium (1. Tim. 1. 20.) ut sit in magna domo Ecclesiæ, tanquam vas verè argenteum vel aureum, in honorem; non autem lignum aut fictile, in contumeliam.

4. Ad quod melius consequendum, multum confert, si Sacerdos, ante ipsam Missæ celebrationem offerat Deo secretum sacrificium in altari cordis sui, quod Propheta (Psalm. 50.) appellat Spiritum contribulatum, itemque cor contritum, & humiliatum. In quo tres præcipuè actus relucere debent, 1. Contritionis, revocando omnes culpas (ab ultima confessione, aut ab ultima Missa) commissas, cum Deus cum & ad hunc statum vocaverit & nunc etiam, ad hoc ipsum sacrificium offerendum admittere dignetur, 2. Confessionis, vel quotidie, vel saltem aliquoties in septimana, etiam de venialibus, quod valdè utile est) confitendo homini, aut minimum Deo, dicendo cum Propheta, Psal. 31. *Delictum meum cognitum tibi feci*. Ideoque ante sacrum, generalis confessio præmitti solet, percutiendo pectus (*mea culpa, &c.*) cum Publicano, ut justificeris.

5. Actus aliquis *Repententia*, vel à
Con;

Confessario inunctæ, vel à te voluntariè assumptæ, quæ aliquem sensum doloris afferat, ut sit *hostia viva Deo placens*. His actibus purgandi erunt pedes animæ nostræ, sive affectus omnes ad eum modum, quo Sacerdotes veteris legis (Exod. 3. 18.) *Quando ingressuri erant tabernaculum, aut accessuri ad altare, jubebantur, lavare manus ac pedes, ac se in labro æneo ex speculis mulierum facto (Exod. 38. 8.) contemplari.* Atque eam etiam ob causam Sacerdotes nostri ante sacrum atque in ipso sacro manus lavant.

6. Quamquam & his omnibus, quàm diligentissimè potest, peractis, adhuc humilitate magna opus sit, agnoscendo de se dictum illud S. Job. (15. 14.) *Quid est homo ut immaculatus sit, & justus appareat natus de muliere? Ecce in sanctos nemo immutabilis est, & cœli non sunt mundi in conspectu ejus quantò magis abominabilis est, & inutilis homo?* Et cum Propheta Esaia timendo, (Isa. 6. 5.) *Va mihi, quia vir pollutus labiis ego sum & in medio polluta labia habentis, ego habeto.* Fortè Deus, cui missus, immitteret tibi accensos aliquos contritionis actus, quibus munderis, ad

Q 2

cum

eum modum, quo idem Propheta mundatus est ab Angelo qui calculum altari Domini allatum labiis ejus admovit.

§. 2.

De oratione, seu meditatione.

Quod olim petebat Propheta David, Psalm. 140. *Dirigatur oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo: id ipsum Sacerdoti, ante sacrum postulandum est, sive per Psalmos & Orationes ab Ecclesia præscriptos, sive per Meditationes, seu orationem mentalem, quæ magis propriè comparatur incenso, quòd supra prunas positum comburitur: atque hoc est sacrificium in altari cordis offerendum, in quo, ut dicitur Levit. 6. Ignis semper ardere debet, quem Sacerdos nutriet subiciens mane ligna sanctarum considerationum, ut hoc igne bene incenso imponatur incensam postulationum, pro ipso Sacerdote atque aliis, quæ ascendant in conspectum Dei. His enim meditationibus excitantur varii affectus, amoris, reverentiæ, timoris, humilitatis, fiducia, obedientiæ, &c. petendo per incensam collo-*

collo-

colloquia à Deo, ut dignè, ad sacrum peragendum, possit accedere. Et quidem meditationes septem positæ sunt. (Tom. i. Tract. 4. cap. 4. de perfect.) sed hoc loco, alias Sacerdotibus magis proprias adjicere operæ pretium visum est ut Sacerdotes accuratè perpendant, tum quid Deo offerant, tum etiam quid ipsi suscipiant, scilicet SS. Christi corpus & sanguinem, cum immensa ejus divinitate, virtutibus heroicis, meritis atque satisfactionibus, quas pro se ipso atque aliis etiam, Patri æterno repræsentet.

CAPUT V.

MEDITATIONES SEPTEM
pro singulis diebus hebdomadæ.

I. DOMINICA.

*Sic Deus dilexit mundum, ut filium
suum unigenitum daret.*

Joan. 31. 16.

1. Sicut olim Deus, ad mundum reparandum, ut unigenitum suum
Q 3 largi-

largiretur, elegit B. Virginem, tanquam instrumentum, in qua *Dei Filius* conciperetur: ita nunc summum eidem mundo amorem ostensurus, eundem filium, quo alatur, ac sustentetur tribuit: Tunc verò, tanquam instrumento ad hoc ipsum utitur, dum panem & vinum in sanctissimæ Missæ sacrificio consecras.

2. *Eleva* itaque te, & considera attentius, *Quis* sit qui donet, nempe summus, æternus, & infinitus Deus, summè bonus, sapiens, ac potens qui ex seipso, sine ulla alia creatura, beatus est, cujus amor, non in verbis, sed in re ipsa consistit, donumque tantò pluris faciendum est, quanto majori amore illud elargitur.

2. *Consid.* *Quid* donet? scilicet *dilectissimum & pretiosissimum*, quod habet, unigenitum suum, verum Deum, & verum hominem, qui quæ Deus, æquè infinitus, potens ac sapiens, atque ipse Pater est: quæ homo, habet omnes thesauros sapientiæ ac charitatis Dei, venit ad nos, velo panis & vini rectus: quia alias mundo splendorem ejus infinitum ferre non posset.

4. *Consid.* *Cui* det? toti mundo, non tantum

tantum Principibus, Prælatiſ, &c. ſed
 Chriſtianiſ, omnibuſ, inter quos non
 pauci valde ſunt abjecti, peccatores, &c.
 ut eo omnes nutriantur, & gratiis ejuſ,
 quaſ in communionem concedit, robo-
 rentur.

5. PER QUOD MEDIUM? Per Sacer-
 dotem, quia in ejuſ voluntate hanc po-
 teſtatem ſtatuit, quando cunq; ille,
 quiſq; fuerit, panem & vinum confe-
 crarit. Quare dignum eſt, ut ſummo
 cum honore & humilitate accedat.

II. DIE LVNÆ.

Rom. 8. *Qui proprio filio ſuo non pepercit,
 ſed pro nobiſ omnibuſ tradidit illum, quomodo
 non omnia cum ipſo donaret?*

1. *Conſid* Liberalitatem æterni Patris,
 qui omnia in tuum commodum creavit,
 quia omnia, 1. Corinth. 3. *veſtra ſunt, ſive
 præſentia, ſive futura.* Cujus charitas et-
 jam unigenitum, quem ſibi æqualem in
 æternitatem genuit, tibi donat, non
 tantum, ut ſemel mortuus redimeret,
 ſed quotidie oblatuſ vitam repararet.

2. *Conſid* Quid? unâ cum hoc dono
 omnia pariter tibi tradit, titulum ſcili-

Q 4

cer,

368 ALIÆ PRÆPARATIONES

cet, quò omnia obtineas. Hinc dat An-
 gelos, qui te custodiant ac juvent; dat
 gratias & virtutes, quibus exorneris &
 sanctificeris: dat merita & satisfactiones
 filii ut tuas suppleas: dat temporalia,
 quibus profunt: dat æterna, ut spe, ea
 obtinendi, lætificeris: dat seipsum, su-
 premum bonum ut eum hic contemple-
 ris, & in beatitudine, ipso per claram
 visionem fruaris. In horum omnium
 pignus, dat unigenitum, his speciebus
 reatum, ut satieris, imò dat eundem, in
 oblationem quam quotidie offeras, &
 per eam; quæcunque petieris, obtineas.
 Et ne timeas, repulsam, quia tu, licet
 Sacerdos non satis dignus es, ipsemet
 unigenitus est *Sacerdos simul & hostia*: ut
 petat, & exaudiatur pro te. Ergo & tu
 vide, ut talem patrem ames, eique con-
 fidas, pro tali filio vitæ & animæ tuæ
 non parcas, sed ejus obsequio te acres-
 tuss omnes consecra, ut hanc tui
 ipsius oblationem suscipere
 non dedigne-
 tur.

III. DIE MARTIS.

Joan. 10. *Ego sum Pastor bonus: Bonus Pastor dat animam suam pro ovibus suis. Quoniam Marci 10. dicitur: Nemo est bonus nisi solus Deus.*

1. *Consid.* Christum Pastorem esse verum Deum, bonum per essentiam, immo & bonitatem infinitam, atque omnis boni fontem. Hinc, cum bonum sit objectum amoris, infinito amore dignus est, quod eum merito, si tantum posses, amare deberes.

2. *Consid.* IN QUO sit Pastor bonus? quia scilicet facit omnia, quae pastor bonus facere potest, pro ovibus suis. Descendit de caelo, ut eas redimeret: vitam exposuit, ut illae viverent: sanguinem fundit, ut hoc velut lytro liberarentur, nec his contentus, quotidie de caelo descendit, ut eas corpore & sanguine pascat ac satiet: nec sibi quicquam quaerit, sed ovibus omnia.

3. *Consid.* PER QUEM tradat? ne pastus hic in terra deesset, curam ejus deferendi, tibi commisit: ut pro te, atque omnibus ovibus hunc panem dulcissi-

Q 5

munum

num, per consecrationem, præsentem facias.

4. *Consid.* PRO QUO ? Oves offerri solent, ceu sacrificium in omnium commodum : at hic ipsemet pastor seipsum in commodum, immò in cibum ac potum ovium suarum offert. Quare dignum est ut tu etiam simile præstes, atque ad ejus gloriam te ipsum in sacrificium ei offeras, jugulans in te, quicquid ei adversatur.

IV. DIE MERCVRII.

Joan. 15. *Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.*

1. *Consid.* Quod Christus, Deus, & homo, sit *vitis*, ex quo esse, & virtutem omnem accipiunt homines, qui sunt *palmites* modo ipsi uniti sint. At quomodo fiet unitio, si vitis in cælo sit & palmites in terra? Deus potest hoc præstare, res valde distantes uniendo inter se, etiam si neutra locum deserat: Itaque vitis (licet in cælo manens) recta accidentibus, in domum justis, tanquam veri palmitis descendit, ut ei per amorem uniatur.

2. *Cor.*

2. *Consid.* Quod fructu sit hæc conjunctione? eo scil. ut talis sit palme, qualis vitis, quæ in illum influit, ac fructu proferat tali vite dignos, nempe fructus charitatis, misericordiæ, temperantiæ, castitatis, obedientiæ, patientiæ, similes illis, qui fuerunt fructus Christi, qui se dat in cibum & panem totum, ut ei assimileris: quia communiter tales in hominibus humores generantur, quales fuerint cibi, quibus nutriuntur. Et itaque conjungaris, ne ab eo separatus, ad omnia inutilis fias, præterquam ad ignem, ut in æternum ardeas.

3. *Consid.* Sacerdotes ipsi sunt divinæ hujus unionis instrumenta, dum verbis consecrant, vitam illam præsentem faciunt, & cum eam hominibus perri-gunt, tanquam palmitibus conjungunt, sicut ipse Dominus dixit, Joan. 6. *Qui manducat meam carnem, in me manet, & ego in eo: manet in me & vivet propter me: sicut palme vivit, ac suo tempore virefcit, fructus fert, &c. quam diu viti conjungitur.*

V. DIE IOVIS.

Joan. 14. *Ego sum via, veritas, & vita.*

Q. 6

1. Cap.

1. *Consid.* Quod Christus sit via salutis & perfectionis, per quem ad Patrem cœlestem eundum est. Per hunc enim solum illi placebis, gratiamque in oculis ejus invenies. *Via*, per quam ad vitam pervenies, & ad præmium, in hac vita peregrinantibus per fidem, promissum. *Via*, per quam ad sanctitatis culmen, & contemplationis montem ascenditur. Per eam enim vera humilitas, obedientia, patientia, aliarumque virtutum perfectio obtinetur, immò communium necessitarum tam corporalium, quam spiritualium remedium, nec non ipsorum omnium desideriorum complementum, partim per oblationem hujus sacrificii partim per sumptionem ipsam. *Surge* itaque, & *manduca* viaticum, ut cum Helia 3. Reg. 19 ad montem Dei pervenias.

2. *Consid.* Idem Christus est *veritas*, quam omnia sacrificia, sacramenta, ac cœremonia veteris legis significabant. In eo veram sanctitatem quam vetera illa innuebant quidem, sed non largiebantur. *Veritas*, in qua veritates omnes, quas fide credere opus est, summatè continentur; idemque hoc sacramen-

cum

tum per excellentiam dicitur *mysterium fidei*, quia in eo creditur Filii Dei divinitas, omnipotentia, Majestas infinita, immò & processio à patre, incarnatio, passio ac mors ipsa cum fructibus suis. Excita itaque fidem tuam, quia eum hic presentem habes, qui nec fallere potest, nec ea quæ promisit, prætermittet. Est denique *veritas*, cui conformari debent quicumque vivunt, & in *veritate* agunt, sine ulla fraude ac fictione. Huic *veritati* te conforma, & non aberrabis.

3. *Confid.* Quod sit *vita*, sine qua, quicquid est, *Mors* est. Est *vita* animæ tuæ, ideoque in hoc sacramento est; ut qui eum sumpserit, *vitam gratiæ*, eamque copiosam accipiat: *vita etiam*, quia ipse est *resurrectio & vita*. Et quamvis hic semel moriaris ille tamen te gloriosum suscitabit. Est *vita beata*, quia qui manducat hunc cibum, *vivet in æternum*, & suo tempore suscitabitur ut cum Christo in æternum regnet. *Vita*, cui debes vitam tuam conformare, ut cum Apostolo Gal. 2. dicas: *Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Christus*. Denique est *vita*, quam omni studio quærere debes *in præmium omnium laborum tuorum*,

374 ALIÆ PRÆPARATIONES
ut cum videas, ames, eoque fruaris in
æternum.

VI. DIE VENERIS.

Joan. 9. *Quamdiu sum in mundo, lux
sum mundi.*

I. Verba sunt SALVATORIS prolata in
sanatione cæci nati, quem curavit ex-
puens in terram, & facto luto, linivit
super oculos ejus. In quo miraculo sig-
nificabatur unio personæ verbi divini
cum natura humana per quam unionem
lux spiritualis cæcis concessa est. Idip-
sum præstat adhuc hodie in hoc Sacra-
mento, in quo verbum incarnatum cum
accidentibus terrenæ substantiæ con-
junctum, lucem se recipientibus con-
fert. Itaque animo perlustres omnia
loca in quibus fuit, invenies eum verè
fuisse lucem mundi. Cùm enim in Beth-
lehem nasceretur, claritas Dei circum-
fulsit pastores: In Epiphania, reges qui-
dem exterius per terram, sed multò
clarius per seipsum interius collustra-
vit: In Purificatione, ita Simeon san-
ctissimo seni illuxit, ut eum lumen ad
revelationem gentium appellaret, & de

initio

in
 arisin
 , lux
 arain
 it ex-
 inivit
 o sig-
 divini
 onem
 Idip-
 sacra-
 cum
 con-
 con-
 mnia
 verè
 eth-
 um-
 qui-
 uld
 stra-
 san-
 nad
 & de
 ditio

in
 initio prædicationis ait Isaias capite 9.
Sedentibus in regione umbra mortis, lux orta est eis: qui toto vitæ ipsius tempore perseveravit, donec in cruce expiraret, ne tenebra fierent super terram à jexta usque ad nonam, quia scilicet Christus lux mundi, inde descendit ad limbum Patrum, in inferiores partes terræ, ut locum illum tenebrosum illustraret, quin & cælum ipsum empyreum novam ex ejus ascensione lucem accepit, de qua dicitur Apoc. 2. Claritas Dei illuminat illam, & lucerna ejus est agnus.

2. *Consid.* NE Christo hinc abeunte, perpetuæ tenebræ mundum occuparent, sapientia divina modum invenit, quo idem ille, qui cælum illuminat, mundum etiam inferiorem (inde tamen non penitus descendendo) præsens licet velo accidentium reclusus, collustraret, adeò ut intra communicantis viscera receptus, eum ita illuminet, ita ut in paradisum eum convertat.

3. *Consid.* Quos effectus hic Sol in anima efficiat? implet enim illam divinarum inspirationum splendore, quo fidei lumen amplius illustratur, gratiæ fulgor augetur, ignis charitatis accendi-

cus.

eur, & virtutum omnium affectus extimulantur, ut potentia omnes opera sua, cum lætitia, sicut ad solis præsentiam in hoc mundo visibili accidit, exequantur.

Quare accede & tu ad Deum, ut illumineris, & facies tua non confundatur.

VII. SABBATHO.

Matth. 2. Ecce sponsus venit, exite obviam ei.

I. *Confid.* Quis sit Sponsus? cuius nomen reticetur, quia est ineffabile & admirabile, ipsum scilicet *verbum divinum*, quod in thalamum virginis venit, ut nuptias cum humana natura celebraret, conjungens eum secum in unitate personæ. Idem ille nunc, è cælo descendit panis accidentibus reclusus; ut in thalamo cordis tui, animam tuam sibi desponsat: at quis, quantusque est? Filius æterni Patris, & splendor gloriæ ejus, quo nemo pulchrior, ditior, potentior, in quo repositi sunt omnes thesauri infinitarum divitiarum. Et quamvis reclusus ad te veniat, intus autem totam Majestatem, & amplitudinem secum defert, &

&

& cum eadem gloria est in cœlo , & in hoc sacramento.

2. *Consid. Quæ Sponsa ?* anima tua, quæ quantum illæ pulchritudinis, tantum habet deformitatis, quæ tot peccatis fœdata est, neque fidem illi hactenus servavit: & tamen tam bonus ille ac benignus est, ut non tantum parcat adulteræ; sed iterum ad eam redeat, amicitiam denuò cum illa, si velit, in-
 turus, dicens Hier. c. 3. *Revertere ad me, & suscipiam te.*

3. *Consid. QUALIS sit hæc conjunctio?* major quam in alijs nuptiis, quia sibi conjuges fiunt una caro, hic fiunt unus Spiritus. Unus 1. propter unionem charitatis, 2. propter conformitatem voluntatum, 3. propter similitudinem in actionibus, 4. unus in rebus omnibus, quæ ad alterum spectant, quia uterque eas accipit tanquam proprias.

4. *Consid. Qui sint effectus?* amicitia intima, familiaritas maxima, in oratione, in deliciis contemplationis fiducia ingens in petendo, efficacitas in impetrandò, solidà rerum temporalium renunciatio, in solis æternis quærendis voluptas, lætitia in adversitatibus, in
 alijs

378 ALIÆ PRÆPARATIONIS

aliis iuvandis zelus. Immo ut uno verbo dicatur, conjuges sunt habent bona communia, anima habet sponsum deum, quomodo non etiam omnia cum ipso habebit? attende, jam sponsum te accedit? orna te virtutibus, ut ei obviam prodeas, neque ab ipso rejiciaris tanquam ea, quæ neque oleum in lampade habeat, neque vestem nuptialem, ut admittatur ad nuptias, nec ejiciatur foras, ligatis manibus, & pedibus in tenebras exteriores.

CAPUT VI.

ALIÆ MEDITATIONES
de 7. Virtutibus.

Celissimum hoc sacramentum est simul & memoriale (Psal. 120 4) mirabilem Dei, & summa quædam mysteriorum fidei nostræ, ideoque sufficeret ad meditationes totius peregrinationis nostræ. Quia Deus, uti nobis hic animæ alimentum dedit, ita etiam aliam tribuit refectioem pro intellectu, ut evolvat & explicet tot mysteria abdita, quæ

quæ in hoc vino continentur : Ac de utroque intelligi potest illud Ecclesiastici cap. 15. *Cibavit illum pane vite*, in ipsa communione, & *intellectus* in meditatione, & *aqua sapientia salutaris potavit illum*, in manifestatione supremorum mysteriorum, quæ in hoc uno sacramento continentur. Et quidem summam aliquam horum posuit in septem virtutibus heroicis, quas hic exercet, & sunt.

1. *Humilitas*, qua suam amplitudinem & splendorem regens, eo se demittit, ut fiat *cibus* hominum.

2. *Obedientia*, cum ad ipsa verba consecrationis, venire è cælo ad sacramentum, in quo finit seipsum, hinc inde portari, pro voluntate hominum.

3. *Misericordia*, faciens seipsum medicum & medicamentum pro nostris infirmitatibus, & personaliter ad eas reparandas descendens.

4. *Liberalitas*, cum benedictiones suas spirituales, larga & profusa manu per hoc mysterium nobis largitur, dans se, & omnia simul.

5. *Charitas*, cum vult esse semper nobiscum, & quidem, omnibus unitus
per

9
no ver-
nt bona
deum
pso ha-
ccedit
prode-
amea,
, neque
raptias,
& pedi-

NES

um est
4) mi-
myste-
ficeret
ationis
animæ
am tri-
, ut e-
abditæ,
quæ

380 ALIÆ PRÆPARATIONES

per maximam unionem, quæ mortalis hujus vitæ statui conveniat.

6. *Patientia*, cum injurias tolerat, & contemptus quos patitur quotidie in hoc Sacramento ab iis qui indignè illud tractant, tam hæreticis, quam peccatoribus.

7. *Persèverantia*, in rebus omnibus, usque ad finem mundi, & in singulis hostiis, quamdiu sacramentales species perdurant. Et hæc 7. virtutes possunt sufficere pro 7. aliis hebdomadæ diebus, ut *tom. 1. de perfectione tract. 4. c. 3.* fusius explicatum est, adornando convivium ex reliquiis magis festivitatis, ut etiam communiter fieri amat.

ALIÆ PRO VARIIS ANNI TEMPORIBUS.

Quemadmodum Ecclesia Catholica sciens varietatem exercitiorum solere tollere tædium eorum, voluit infirmitati nostræ sese accommodare, dividens annum in diversa tempora. Adventus scilicet, *Quadragesima, Paschatus, &c.*

&c. atque assignare singulis diversa officia, tam in sacro ipso, quam in septem horis Canonicis, ut hæc varietas, novitate, quam secum affert devotionem foveat. Propter eandem causam, accommodando nos spirituali Ecclesiæ, deceat ut meditationes varias diversis anni temporibus accommodatas, assumamus puncta indicando, quæ fusiùs in opere meditationum explicantur.

TEMPORE ADVENTUS.

Prima pars anni Ecclesiastici, est *Adventus*, in quo Ecclesia agit de præparatione ad nativitatem. Hæ meditationes pro hoc tempore usui esse poterunt.

I. DOMINICA.

*De Adventu Dei iudicis
ad Adamum.*

1. *Consid.* Quomodo Adamus in paradiso peccarit comedendo pomum sibi à Deo prohibitum.

2. *Consid.* Quomodo Deus, peccato admisso, venerit, ut cum paradiso exclu-

cluderet, & mortis sententiam, quam erat meritus intimaret.

3. *Consid.* Mox officio Judicis, in patrum amorem commutato, cum iratus esset, misericordiae recordatus est, promittens Adamo *mediatorem & redemptorem*, revelato sacrosanctae incarnationis mysterio, ad ejus miseras relevandas.

4. *Consid.* Quantum Adamus hac promissione consolatus fuerit gratumque animum ostenderit, pro tam excello beneficio, glorificando Deum ita benignum, ut infinitos favores, & gratias promitteret ei, qui aeterna tormenta se pro merito agnoscebat. Atque hinc toto vitae tempore vixit cum summo desiderio videndi Salvatorem, per quem tanta beneficia se accepturum sperat.

Applicatio. Hic idem *Salvator*, in hoc sanctissimo Sacramento ad te venit, ut te visite. Et quamvis peccata tua digna erant, quibus se Judicem severum exhiberet, eaque puniret; non tamen ea ratione jam venit; sed sicut Pater misericors, ut hoc divino cibo, tibi indulgeat: quia panis vitae est destinatus ad reparanda damna quae intulit alterius cibi sumptio. Per hunc siquidem liberab-

ris à morte, & restitueris paradyso gloria & vitæ æternæ. Et propterea hic panis divinus significatus fuit, per fructum arboris vite, quæ erat in medio paradyssi.

II. DIE LUNÆ.

De SS. Patrum desideriis.

1. *Consid* Patres antiqui illustriorem habebant notitiam *Adventus Salvatoris*, in mundum, quem orationibus, sacrificiis, aliisque sanctis actionibus semper sollicitabant, dicentes: Psal. 84. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.* Ita Psalm. 105. *Visita nos in salutarituo. Veni Domine, & noli tardare, relaxa facinora plebi tuæ.*

2. *Consid* iidem Sancti, cum in vita sua, hujus desiderii compotes non fierent, etiam post mortem id ipsum in ipsis permansit, in obscuro illo limbi carcere, ubi petentes promissum sibi reparatorem, clamabant dicentes, *Isaiæ 45. 8. Rotate coeli desuper, & nubes pluant iustum; aperiatur terra, & germinet Salvatorem.*

3. *Consid.* Ita perseverant per aliquos

annis

annorum millia, & in eodem desiderio, semper petentes & clamantes ad Deum, donec tandem venit fœlix illud tempus, quo hoc mysterium fuit expletum, tempus inquam, quo nos fruimur.

Applicatio. Longè feliciores nos sursum, ad quos *Salvator noster* quotidie venit è cœlo descendens ad visitandos habitatores terræ, ut immensis donis ac beneficiis cumulet eos, qui ferventer ejus adventum spiritualement in animas suas expectant, experunt, atque ad illum dignè se præparant. Proinde jure optimo nobis dici potest, Luc. 10. *Beati oculi qui vident quæ vos videtis.*

III. DIE MARTIS.

De colloquio Angeli, & B. Virg.

1. *Consid.* Quantum sit beneficium, & quanta dignitas, quòd Angelus Gabriel à Deo missus sit ad B. Virginem legatus, ut supremam dignitatem (ut esset mater Dei, nuntiaret.

2. *Consid.* Quanta reverentia illam salutaverit, dicens: *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Et stupefacta, ait: *Ne timeas Maria,*

Maria,

Maria, quoniam invenisti gratiam apud Deum: adhuc dubitandi de modo addit: *Spiritus Sanctus superveniet in te.*

3. *Consid.* Quomodo B. Virgo magna humilitate, obedientia ac fiducia, dixerit, *Ece an illa.*

Applicatio. Eodem modo divina inspiratio seu bonus spiritus, venit ad animam puram pii Sacerdotis, & ad communionem se præparantis dicens: *Ave,* anima pia, quæ juxta capacitatem tuam es *gratia plena.* Propter quam & *Dominus tecum est,* & nunc recens ad te venire vult, ut maneat apud te. Si autem ex tantæ majestatis consideratione pusillanimis fias, addit: *Ne timeas,* quia *invenisti gratiam apud Deum,* qui te ministrum elegit, ad hoc divinum sacrificium offerendum, oporatque intra cortium, sibi hospitium collocare. Si de modo tanti mysterii dubitas, ait: *Spiritus sanctus superveniet in te,* &c. Spiritus ille qui te implevit cum Sacerdos factus es: ille nunc in te etiam superveniet, ut in hoc mysterio ritè præstando, te adjuvet, & virtus altissimi, gratia sua te protegens, ita obumbrabit, ut cum puritate ipsum, hospitio suscipias. Itaque excitare & tu pariter

R.

rite

fidério,
Deum,
empus,
m, tem

nos su-
idie ve-
dos ha-
lonis ac
rventer
animas
re ad il-
de jure
o. Beati

S.

Virg.

ficiam,
lus Ga-
nem le-
vresset

ia illam
ma, Do-
Te timeas
Maria,

riter dicens: Ecce servus Domini indignus, qui ejus Sacerdos sim, fiat, in me, & per me, juxta verbum ejus. Ipse potens est facere, ut cum sancto Augustino dicas: Domine, da quod jubes: & iube quod vis.

IV. DIE MERCURII.

De mysterio incarnationis.

1. *Consid.* Quod filius Dei hoc mysterio optimè contentus fuerit. 1. Quia videbat se implese id, quod hominibus promiserat, ad eorum reparationem.

2. Quod patrem cœlestem glorificasset, à quo in mundum missus erat, atque ita obtulit se Patri æterno, ad parendum ei in omnibus usque ad mortem.

3. *Consid.* Quod idem filius, magno amore; animam & corpus sacratissimum complexus sit cum certo animi decreto nunquam deserendi, quod semel accepit. Itaque & anima in illo primo instanti innumeris bonis replevit: & corpori, postquam mortem pro humano genere obiisset, maxima bona promisit.

4. *Consid.* Quomodo SS. parens exemplo

emplo filii, admodum contenta fieret, videns iam ex parte impletum totius generis humani, ac suum etiam desiderium de hoc SS. mysterio futuro conceptuum maximè cum videret se tot donis ac favoribus, ex Dei præsentia (quem intra sua viscera gerebat) impletam esse.

Applicatio. Eodem modo, idem Dei filius, infinito amore motus, ad te in sacra communione ingreditur, tanquam cibus tuus spiritualis, ut te quàm tenerimè complectatur, tibi que intimè uniatur: animo nunquam te deserendi (nisi tu ipse illam prius rejicias) ad desideria cordis tui implenda, mira cœlestium donorum suavitate. Itaque excitabis in anima, vehemens perfectæ justitiæ desiderium, ut, juxta illud Christi promissum Matth. 5. *Beati, qui esuriunt, & sitiunt propter justitiam, quoniam ipsi saturabuntur, ut hic in exilio quoad licet, & ibi in gratia, aliquando perfectè ad ejus gloriam perfruaris.*

R 2

V.

V. DIE JOVIS.

De S. Joannis visitatione, & sanctificatione.

3. *Consid* Quomodo Salvator, ne in utero matris latens esset otiosus, cepit statim opus redemptionis in S. Joanne exercere communicando ei insigne beneficium, idque duplex, 1. gratiam sanctificationis cum charitate, & reliquis virtutibus infusus, 2. gratiam actualis devotionis, cum dono contemplationis, læticia spiritali ac mentis júbilo.

Applicatio. Idem Dominus nunc in SS. Sacramento latens ad te venit ut easdem gratias tibi largiatur, modò te dignè præpares, qua secundum internam dispositionem tuam, earum particeps fies.

2. *Consid.* Quales affectus in utriusque pueri matre fuerint, 1. in Elisabetta affectus humilitatis & admirationis, cum diceret: *Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?* 2. Affectus laudis & gratitudinis in SS. Deipara, cum dixit: *Magnificat anima mea Dominum, &c.*

Applis.

Applicatio. His duobus affectibus disponetur item anima ad duas prædictas gratias in SS. communionem recipiendas.

VI. DIE VENERIS.

De dubitatione S. Ioseph.

1. *Confid.* Quomodo S. Iosephus, videns sanctissimam Deiparam uterum gestare, ab ea se subtrahere voluerit, donec Angelus à Deo missus, consolans eum, monuerit, ut conjugem acciperet, eò quod hoc totum à Deo esset.

2. *Confid.* Qua humilitate, reverentia, stupore S. Iosephus B. Virginem aspiceret, tanquam vivi Dei templum. Item quo amore ac diligentia eidem exinde servierit propter Deum ac Dominum suum, quem in ea tantum agnoscebat. Et vicissim quam incensa charitate ac cœlesti gratia SS. Deipara cum Iosepho sponso loquebatur, eum de arcano divinæ incarnationis mysterio erudiens. Sic hi duo *Seraphim*, sese invicem, ad D E U M laudandum, eique summo fervore serviendum, accendebant.

R s

Appli-

Appli-

Applicatio. Simile quid tibi aliquando accidit, quando ob exiguam tuam fidem, pietatem, &c. SS. communionem subtrahi, donec cœlesti aliqua inspiratione erectus vivaciore fide, humilitate ac fervore denuò recipias & effectus velut alter Joseph. **CRESCENS**, donorum cœlestium augmentum, cum insigni hujus SS. mysterii notitia accipias atque tum etiam incensa cum ipso Domino colloquia ac gratiarum actiones usque pari debeas.

VII. SABBATHO.

De itinere ex Nazareth in Bethlehem.

1. *Confid.* Quomodo Christus relicta Hierusalem hanc civitatem elegerit, ut ibidem nasceretur, ac seipsum mundo manifestaret.

2. *Confid.* Quantum honorem hæc urbecula, ex Christi nativitate accepit ut ad eam Angeli, Reges, &c. paulò post accesserint, ac plurimi etiam Christiani eodem postea peregrinati fuerint, ut ex S. Hieronymo & aliis historicis patet.

Applicatio

Applicatio. Simili modo dignatur idem Dominus, etiamnum venire è cœlo, atque ingredi in pectus vilissimi hominutionis, atque ita, ut illud nobiliter effici atque alteram *Bethlehem, i e domum panis,* pane vitæ cor tuum roborans, ac desideria pia exsatians.

CAPUT VII.

ALIA MEDITATIO à NATIVITATE ad Septuagesimam.

HOc est secundum anni Ecclesiastici tempus, in quo Ecclesia 7. Salvatoris mysteria celebrat quæ immissa renovatur. His ergo meditandis te ipsum variè excitare poteris.

I. DOMINICA.

De ipsa Christi nativitate.

1. *Confid.* Quomodo Deus supremus eum seipsum mundo, uti toties promiserat, manifestare vellet, elegerit

R. 4

pau-

pauperibus panniculis involvi, atque in præsepio, animalium mensa, reclinari.

2. *Consid.* Quomodo Angeli è caelis magno numero procedente, Dominum suum laudibus ac canticis celebrarint, ejusque ortum pastoribus nuntiarent.

Applicatio. Pari modo, nunc quotidie in missa Christus Dominus manifestat seipsum, reclusus atque involutus accidentibus panis & vini: atque ita in sacra altaris mensa reponitur, tanquam esca hominum futurus. Sed Angeli (invisibiliter licet) eidem assistunt, ac fidem charitatemque celebrantium excitant, de quo Ecclesia in præfatione canit: *Ut dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc invisibilem amorem rapiamur.*

II. DIE LUNÆ.

De Circumcisione.

1. *Consid.* Quomodo Christus post nativitatem non diu distulerit incipere mysterium salutis nostræ, suscepto sacratissimo Jesu nomine, quod *Salvatorum* significat.

2. *Con-*

2. *Consid.* Quomodo, ne gr̄tis officii sui possessionem adiret, primitias pretiosissimi sui sanguinis effuderit, præbens exemplum raræ humilitatis, patientiæ, obedienciæ, & charitatis.

Applicatio. Non ab simili modo in Missa, præstat etiamnum Jesu, sive Salvatoris officium erga fideles, applicans unicuique pretiosi sanguinis sui pretium, præbens exemplum raræ humilitatis, cum figuram ad eò humilem suscipit, *patientia* (in tolerandis injuriis quæ sæpè in hoc sacramento inferuntur) *obediencia* (dum quotiescunque panis à Sacerdote consecratur, præsens adest) & *charitatis*, cum ad eò profusè sese omnibus communicat.

III. DIE MARTIS.

De Epiphania.

1. *Consid.* Quomodo Salvator licet adhuc infantulus, ac in præsepio jacens, ostenderit omnipotentiam suam, ac GRATIÆ cœlestis efficacitatem, qua ex Oriente deduxit tres illos Reges, cum tanto fervore, ut se coram illo proster-

R. s.

nerent,

nerent, & offerrent *aurum* tanquam Deo: *myrrham* tanquam homini mortali: & *thus* tanquam summo Sacerdoti.

2. *Confid.* Quanta lætitia SS. illi viri affecti sint. 1. videntes stellam, quæ ipsos deduceret, videntes puerum, quem à Spiritu sancto edocti, verum Regem agnoscerent. 2. audientes vocem Angeli monentis, ut alia via in patriam redirent.

Applicatio. In Missæ iridem sacrificio, suam omnipotentiam multis ostendit efficitque, ut omnes fideles ac præcipue Sacerdotes se coram illo prosternant agnoscantque sub parva hostia latentem verum Deum & hominem, simulque summum Sacerdotem, Ps. 109. *secundum ordinem Melchisedech.* Hinc etiam ex hac notitia offerunt ei tres ferventes affectus amoris, mortificationis, & orationis, expectantes ab immensa ejus liberalitate, ingentem retributionem, ac cœlestes inspirationes, quibus viam intelligunt, quâ ad patriam cœlestem per peccatum amissam revertantur.

I.V. DIE

IV. DIE MERCURII.

De Presentatione in Templo.

1. *Consid.* Quomodo Christus desideratus omnium, sese Patri æterno obtulerit, 1. in gratiarum actionem obcollata mundo beneficia, 2. ad placandam justissimam ejus iram, 3. ad consequendam pro omnibus copiosam misericordiam.

2. *Consid.* Quomodo idem Dominus, S. Simeoni seni, & Annæ Prophetissæ (qui magno ejus videndi desiderio tenebantur) sese manifestaverit, tribuens eis gratiam non tantum, ut cum lætitia agnoscerent, sed etiam aliis prædicarent.

Applicatio. In Missa pariter, idem Dominus quotidie se offert Patri cælesti. Hebr. 9. *Ut appareat vultus Dei*, pro nobis ad eosdem fines supradictos, nobisque, præcipuè Sacerdotibus, præbens lumen, ut agnoscant.

& benè vivant.

DIE

R. 6

V. DIE

De fuga in Ægyptum.

1. *Confid.* Quomodo supremus Dominus, *rectus nube candida* suæ humanitatis ut prædixit Isaias c. 92. 1.) suscepit longum iter ex Nazareth, *ut ingrederetur Ægyptum*, ibique tunc *commota sunt simul lacra Ægypti*, &c.

2. *Confid.* Quomodo idem Dominus cum suis parentibus, in terra illa sterili posuerit semina perfectæ sanctitatis, quæ postmodum exercuerunt, ac fructum copiosum tulerunt in tot myriadibus Anachoretarum, qui ibidem sanctissimè vixerunt.

Applicatio. Et nunc etiam in Missa idem Dominus longum iter suscipit à celo in terram (quam vis tamen cælum non deserat, regens se ipsum accidentibus panis, & vini, ut in cordibus nostris vitia pepirus dejiciantur, & perfectionis evangelicæ (quæ in Ecclesia semper floruit) semen jaciatur.

De inventione inter Doctores.

1. *Consid.* Quomodo Christus Dominus ipsa sapientia æterna, in contemptibili illa pueri ætacula, delitescens, magna cum humilitate, modestia, ac sapientia, in medio Doctorum, responsis ac interrogationibus aptissimis admirationem moveat.

2. *Consid.* Quomodo idem Dominus post triduum in templo, à parentibus mœrore oppressis, ac cum iisdem summa humilitate atque obedientia descenderit in Nazareth.

Applicatio. Si nunc in SS. Eucharistia dignatur ingredi in corda fidelium, tanquam magister magistrorum, & Doctor Doctorum :: docens legem perfectionis eum summa admiratione audientium verba, quæ internè illis loquitur: & qui illum ibi cum lachrymis quæserit, inveniet eum, secumque deducet domum, ut habeat comitem suæ peregrinationis in hac misera

vita.

R 7

VI. DIE

DIE

VI. DIE SABBATHO.

De Baptismo Christi.

1. *Consid.* Quomodo *Agnus Dei*.
Joan. 1. purissimus venerit ad Joannem
humanitate tectus, tanquam peccator
aqua perfusus sit.

2. *Consid.* Quomodo cœli statim a-
perti sint, & Spiritus S. in columbæ
specie descendente, vox Patris audita
est. Matth. 3. *Hic est filius meus dilectus,*
in quo mihi bene complacui.

Applicatio. Non aliter nunc in Missa
Christo speciebus panis ac vini tecto,
atque ad nos descendente, aperiuntur
cœli, ut dona cœlestia in nos effundan-
tur, ac pater cœlestis, illustrationis suæ
voce testatur, hunc esse filium unigeni-
tum, propter quem alii adoptivi dili-
guntur.

PRO TRIBUS SEPTAMANIS
à Septuagesima ad Quinquage-
simam.

Poterunt hoc tempore considerari 7.
convivia Christi, quibus repræsen-
tantur

tantur ea, quæ in hoc cœlesti convivio
peraguntur.

I. DIE DOMINICO.

De nuptiis in Cana Galilee.

1. *Consid.* Quomodo Christus invi-
tatus ad nuptias, ab hominibus tenuio-
ribus venire non recusaverit, ut illis
bene faceret.

2. *Consid.* Quomodo vino deficien-
te, jusserit hydrias 6 impleri aqua,
quam ipse in vinum valde præstans con-
vertit, ut defectum quo laborabant
convivæ suppleret, & ipsis aliquid læ-
tiæ conferret.

Applicatio. Simile quid in hoc cœlesti
spiritualium nuptiarum convivio geri-
tur, in quo Sacerdos infundit in calicem
vinum aqua mistum, quod ipse Domi-
nus, unâ cum Sacerdote convertit in
suum sanguinem pretiosissimum, ut hac
ratione, fidelibus indulgeat, eosque
confortet, ac ferventis amoris
vinoinebriet.

II. DIE

II. DIE LUNÆ.

De convivio apud Pharisei Principem.

1. *Consid.* Quomodo Christus à Principe quodam Phariseorum invitatus, præclara tradiderit convivis humilitatis documenta, adeo ut unus ex illis diceret, Luc. 14. *Beatus qui manducabit panem in regno Domini.*

2. *Consid.* Quomodo Christus (ut huic respondeat) affert parabolam hominis, qui multos invitavit ad nuptias, sed iis sese excusantibus (1. ob villam, 2. iuga bouum, 3. uxorem ductam) alios invitavit, & iis qui se excusant, minatus est eos non gustaturos.

Applicatio. Significat beatum esse, qui hunc panem S. Eucharistiæ in Ecclesia militante comedit; quia aliter comedit in triumphante: caveant tamen alii qui invitantur, ne se excusent, quia alii humiles (ipsis exclusis) admittentur, neque alii deerunt in domo.

D. N. I.

III. DIE

III. DIE MARTIS.

De convivio S. Matthæi, Luc. 5.
Matth. 9.

1. *Consid.* Quomodo Christus post conversionem S. Matthæi, ascenderit in convivio cum aliis publicanis, & quamvis Pharisei murmurant, non tamen abstinuit ut peccatores converteret.

2. *Consid.* Ad murmurationem Pharisæorum de conversatione cum peccatoribus reprimenda, adducit exemplum filii prodigi, cui converso pater occidit vitulum sanguinatum, & fecit convivium.

Applicatio. SS. Patres per vitulum sanguinatum intelligunt carnem Christi, quæ in hoc sacramento datur etiam peccatoribus, sed iis qui pœnitentiam de peccatis egerunt, quare pius pater non dedignatur cum iis comedere, & proprium ferculum communicare, scilicet seipsum.

IV. DIE

IV. DIE MERCURII.

De convivio Zachari.

1. *Confid.* Quanto desiderio optavit Zachæus Christum videre, ut præcureret, ascenderet in urbem sycomorum. Hinc Christus ei descendere jussu denunciavit, sed eo die apud ipsum velle manere.

2. *Confid.* Quod magna fuerit facta in tota illa domo mutatio, ad eum ut Christus eam prævidens dixerit: Matth. 19. *Hodie salus huic domui facta est.*

Applicatio. Ut peccator (qui extra se ambulat per res hujus mundi dispersus) intelligat per pœnitentiam ad seipsum redire, statim enim Deus core ejus ingreditur, & in hoc SS. Sacramento integram præbebit sanitatem.

V. DIE JOVIS.

De convivio 5. Panum, pro multitudine.

1. *Confid.* Hujus simplicis plebeculæ pietatem ac devotionem ut Christum sequeretur etiam in solitudinem, neglecto cibo, &c.

2. *Con-*

PRO DIVERS. TEMP: 483

1. *Consid.* Quomodo Christus hujus populi misertus curam suscepit, dans ei nunc 5. nunc 7. panes & multum superfuit.

Applicatio. Significatur hoc Sacramentum in quo 7. continentur ad salutem nostram pertinentia, Christi corpus, 2. sanguis, 3. anima, 4. divinitas, 5. dona gratiarum, 6. virtutum ejus, 7. meritorum ac satisfactionum thesaurus: & postquam desideria omnium communicantium explevit, adhuc quod superest est infinitum ut alios infinitos (si adessent) posset satiare.

VI. DIE VENERIS.

De convivio Simonis leprosi.

1. *Consid.* Quomodo Christus tanquam benignissimus medicus non dedignatur mensæ assidere, & manducare eum Simone, qui fuerat antea leprosus; nunc erat sanus: vel cum Lazaro, qui antea quatrduanus fuerat, & foetidus: sed à Christo suscitatus.

2. *Consid.* Quomodo huic convivio intervenerit Magdalena (à 7. demoniis per

per Christum liberata) ut lacrymis rigaret pedes ejus, crinibus tergeret, & unguentum pretiosissimum super ipsius recumbentis caput effunderet.

Applicatio. Non aliter modo in hoc sancto convivio agit, dum eos, qui antea peccatores fuerunt, sed modo sese emendaverunt, ac vita gratiæ vivunt libenter admittit. Delectatur etiam, si in hoc convivio, pretioso devotionis unguento ungetur, quando omnia nostra in ejus obsequium offeremus.

VII. DIE SABBATHO.

De convivio ultima coena.

1. *Confid.* Quomodo Christus una cum Discipulis, comederit initio agnum paschalem veteris legis igni assum, cum lactucis agrestibus, aliisque caeremoniis olim à Deo præscriptis.

2. *Confid.* Quomodo idem Dominus comederit alium agnum non jam typicum (qualis fuit,) sed agnum Dei verum) corpus scil. ac sanguinem suum, sub speciebus panis & vini) assum jam non igne externo, sed igne purissimæ charitatis.

Appli-

Applicatio. His verò actionibus, Christus nobis significat, optare se, ut qui communicaturi sunt, prius eum comedant spiritualiter, considerantes, eum fuisse assum igne suorum tormentorum & cruciatuum; gustasse etiam amaritudinem suarum afflictionum. Ideoque in ipsa institutione hujus Sacramenti dixit: *Hac quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis:* Deinde idem Dominus sacramentaliter (post talem præparationem) sumendus est, ut participes fiamus dulcissimorum redemptionis nostræ fructuum, qui dignè cum sumentibus concedi solent.

MEDITATIONES SEPTEM
pro tempore Quadragesimæ.

Quoniam hoc Sacramentum (ut paulò ante dictum) est memoriale passionis: ideò singulariter hoc ipsum in Quadragesimæ tempore quo Ecclesia passionem Domini recolit, celebra-

SUM.

I. DIE

I. DIE DOMINICO.

De mysteriis in horto factis.

1. *Confid.* Quâ tristitiâ affectus sit propter peccata hominum & singulariter propter peccata quæ homines coram hoc Sacramento commissuri erant: quales sunt injuriæ, quibus illud afficiunt, & parvus fructus, quem inde capiunt.

2. *Confid.* Quomodo in agonia positus, sudarit guttas sanguinis, ut scilicet in sudore vultus sui, promereretur nobis panem cœlestem, quem sumere deberemus vescentes ejus carne, cui sanguis conjunctus est, licet sub speciebus & accidentibus externis delitescant.

3. *Confid.* Quomodo inde surgens, obviam fuerit turbæ venienti ad comprehendendum, ac S. Petrum impedire volentem reprehenderit, dicens: *Calicem quem dedit mihi Pater non vis ut bibam?* Joan. 18. Quo facto nos docuit, quâ placritate ad hoc SS. Sacramentum accedendum sit, neque permittendum, ut à quoquam impediamur, vel à calice passionis (si quando illum nobis Deus obrulerit) neque à SS. Eucharistia sumenda,

menda, si eam Deus nobis inspiraverit
dicendo cum Propheta, Psalm. 115. *Ca-*
licem salutaris accipiam, & nomen Domini
invocabo.

III. DIE LUNÆ.

De gestis in domo Caiphe.

1. *Consid.* Christus Caiphæ roganti,
an esset filius Dei benedicti, respondit,
Ego sum, &c. ne videntes eum tam abje-
ctum responso non crederent, adjecit:
Matth. 26. *Videbitis filium hominis seden-*
tem à dextris virtutis Dei, & venientem in
nubibus caeli.

Applicatio. Hoc spiritu tibi firmiter
credendum est, eundem Dei filium (quî
sedet ad dexteram Patris, Judexque ali-
quando venturus est, in hoc SS. Sacra-
mento contineri, licet accidentibus pa-
nis & vini, in speciem abjectis, velatum,
ut reverentiam tantæ majestatis debi-
tam exhibeas, cum eo amore, quem
tanta humilitas exigit.

2. *Consid.* Quomodo hostes, hoc
responso audito, *velaverint faciem ejus,*
in eam conspuerint, &c. quæ omnia, stu-
penda cum patientia pertulit, *Appli-*

Applicatio. In his enim significantur peccata indignè communicantium. *Ve-* lant oculos, qui accedunt fide mortua, non advertentes, se à Deo videri, aut ibi præsentem esse, *conspiciunt* eum, qui cum sint lascivi, voratores, garruli, accedunt tamen ad communionem. *Ca-* pillos vellunt, tumultuosi, scandalosi, qui fraternam unionem lædunt. *Faciem* cedunt mundani ambiriosi, qui leges mundi plaris faciunt quam Dei ipsius hæc à malis tolerat in gratiam electorum, qui cum cum reverentia suscipiunt.

3. *Consid.* Quomodo Christus tota illa nocte derentus ac ligatus ibi fuerit; nec seipsum solvit, quamvis facillimè si voluisset potuerit. Sic nunc manet in sacrario Ecclesiæ solus; expectans ut fideles accedant, perituri necessitatum remedia.

III. DIE MARTIS.

De gestis apud Herodem.

1. *Consid.* Quomodo Herodes ex curiositate desideravit videre Jesum, ut

ANNA-

miraculum fieret, quod Christus noluit. Similis est qui ad SS. communionem accedit, spiritu curioso gustandi favores, quos Christus electis suis largitur: sed talis indignus est.

2. *Consid.* Quomodo Herodes cum suis eum spreverit, & veste alia induerit, ad contemptum. Sic Dominus vestem gloriæ exuens, regit se veste accidentium. At quamvis ideò ab infidelibus & impiis condemnatur, tamen à piis, pro amore & sapientia amatur.

3. *Consid.* Christus veste illa indutus, per plateas Hierusalem ambulavit, tanquam stultus, &c. irrisus ab aliis, qui ante paucos dies vestes suas, ejus a sinæ substraverant. In præmium hujus contemptus defertur nunc manna cum pompa per plateas Ecclesiæ cum hymnis & canticis.

IV. DIE MERCVRII.

De gestis in Prætorio.

1: *Consid.* Quomodo Christus ab Herode rediens minoris fuerit æstimatus, quam Barrabas.

S

Appli-

Applicatio. In hanc horam idem in SS Sacramento sustinet, cum multi pluris faciunt panem mendacii & voluptatis, item delicias ac honores mundi quam panem vitæ qui hic datur, sicut olim Israelitæ in deserto, manus contemnentes suspirabant allia, cæpas, &c.

2. *Confid.* Quomodo sacratissimum ejus corpus dirissimè flagellatum fuerit, ut pretiosissimum sanguinem undequaque effunderet, eundem tamen totum in hoc Sacramento posuit sub speciebus panis triticei, qui cribratur, molitur, pinxitur, & ad ignem coquitur, ut nostrum fiat alimentum. Sicque docet exercitiæ patientiæ, apta esse media ad magnam spiritualem voluptatem ex hoc Sacramento capiendam.

3. *Confid.* Quomodo summa cum ignominia coronatus, & irrisus fuerit à militibus, & insuper à Pilato, toti populo ostensus, cum diceret: *Ecce Homo.* Sed multò magis adhuc à populo contemptus. Hunc in modum ostenditur nobis quotidie Christus in sacra communione, cum dicitur *Agnus Dei,* quamvis enim videatur esse panis, tamen est verus homo, *Immo Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.*

V. DIE

De Bajulatione Crucis.

1. *Consid.* Quomodo Christus usque ad montem Calvariae ductus fuerit, ibique cruci affixus sacratissimum sanguinem copiosè effuderit per vulnera manuum & pedum. In hujus rei memoriam quotidie in Missa elevatur sacra hostia, & calix, in quibus est idem corpus & sanguis ejusdem Domini nostri, cum signis vulnerum, per quæ tum fluxit, ut omnes intelligant. *Primò*, se, si hunc Dominum ita elevatum, vivâ fide aspiciant, sanandos esse à spiritualibus vulneribus, si modò veniam pro illis flagitarint. *Secundò*, sciant etiam finem ac scopum sacrae communionis esse, ut vires recipiant ad tolerandam crucem atque in eadem mundo, ac proprio amorî moriendum instar *viduae illius*, 3. Reg. 7. quæ duo ligna colligebat, ut panem faceret pro se & filio, ac moreretur. Sic nos, mysteria crucis Christi considerantes, condiemus panem cœlestem, quo sumpto, moriemur mundo ac Deo vivemus.

em ia
multi
& vo-
mundi
sicut
is con-
as, &c.
timum
fuerit,
de qua-
torum
ciebus
olitur,
ut no-
docet
edia ad
em ex
a cum
fuerit à
otipo-
e Homo.
lo con-
enditur
a com-
quam-
men est
qui tollit
V. DIE

2 *Consid.* Quomodo CHRISTO ad montem perducto, *dederint*, secundum Prophetam, *Felin escam, & in siti potaverint cum aceto*. Ipse verò nunc dat nobis carnem suam in cibum, & S. sanguinem suum in potum cum summa dulcedine, quem ipse magna amaritudine comparavit.

VI. DIE VENERIS.

De mysteriis in cruce factis.

Consid. Quæ signa facta sint cum Dominus in cruce penderet. Hæc enim innuunt dispositiones, quibus ad S. Communionem fit accedendum. *Terra motus*, est amor Dei, *scissio petrarum* est contritio, qua cor conteritur, *sepulchrorum apertio*, est sacra confessio, *scissio veli*, est penetratio arcanorum Christi. *Verba septem*, quæ in cruce locutus est, significant fructus ex sacra communione hauriendos, 1. orare pro persequentibus, 2. benefacere indigentibus & petentibus, 3. curam gerere personarum & rerum, quæ nobis aliqua ratione incumbunt, 4. sitire justam gloriam Dei, & frequentem communionem, 5. opera Dei

Dei ad finem usque perducere quanta fieri potest perfectione, 6. recurrere ad Deum in nostris angustiis, 7. Spiritum nostrum, nostraque omnia ei fidenter committere neque ex cruce descendere usque ad mortem, etiamsi, ut eam deseramus, urgeant adversarii, qui nos tentant.

VII. DIE SABBATHO.

De sepultura Christi.

Consid. Quomodo Christi corpus unctum fuerit magna copia myrrhæ & aloes, involutum syndone munda, ac positum in sepulchro lapideo, in quo nondum quisquam positus fuerat, advoluto etiam ac signato ingenti lapide ad ostium monumenti. Quibus significatur ratio perfectè communicandi, 1. offerendo Deo multas mortificationes, easque valdè perfectas, 2. intuendo vestem puram magnæ perfectionis, aptam novo homini, 3. præparando in anima interius monumentum sive sepulchrum, i. e. cor renovatum benè firmatum instar lapidis, in quo ipse Dominus requiescat, illudque post sacram

communione obfignando & magnam
fensuum custodiam adhibendo, ut SS.
cogitationibus, ferventibus affectibus,
ac petitionibus tali hospite in cor suum
fufcepto, feorfim perfruatur.

C A P U T V I I I .

A P A S C H A T E A D P E N T E -
c o f t e n .

C O N S I D E R A R I P O S S U N T m y s t e r i a , q u æ
e o t e m p o r e e v e n e r u n t , q u æ q u e a b
E c c l e f i a , r u m f e r è c e l e b r a n t u r , & q u æ
a d S S . E u c h a r i f t i æ c o m m u n i o n e m a p -
p l i c a n d æ e r u n t .

I . D O M I N I C A .

De descensu ad limbum.

Confid. Quomodo sanctissima Christi
Domini anima visitaverit justos, qui
erant in limbo, eosque consolata fuerit,
claram sui visionem eis communicans,
& ex obscuro carcere, in quo teneban-
turs

tur; educens: ita etiam eadem visitat
 communicantes, eos consolatur, & ex
 tenebris quibus tenentur, educit, ac be-
 nignæ jucundæque contemplationis
 dono eos illustrat.

II. DIE LUNÆ.

De resurrectione gloriosâ.

Confid. Quod resurrexerit gloriosus,
 uniens animam corpori mortuo, quod
 erat in sepulchro, tribuens ei *quatuor*
gloria dotes: & ita nunc cum tota sua glo-
 ria ingreditur animam cui unitur, eam-
 que vivificat & fervorem impertit,
 communicans ei cœlestes suas proprie-
 rates: ut cum ipso resuscitata in vitæ no-
 vitate ambulet. Reddit illam quasi im-
 passibilem, ob patientiam in adversis,
 quasi incorruptibilem & immortalem,
 ob præsertionem à gravioribus cul-
 pis, claram & splendentem, ob splendo-
 rem operum bonorum, agilem & prom-
 ptam, ad præcepta & consilia divina im-
 plenda & amplectenda, subtilem deni-
 que, & ita spiritualement, ut exuat se ab
 omnibus rebus terrenis.

nam
 t SS.
 bus,
 uum

TE

que
 ab
 & que
 m ap

Christi
 , qui
 uerit,
 icans,
 eban-
 turs

III. DIE MARTIS.

De apparitionibus.

Considerandæ varix ejus apparitiones, diversis vicibus, variisque figuris discipulis suis factæ, loquendo cum eis, Act. 1. *de regno Dei*: magna que arcana eis aperiendo, *vulnera* sua tangenda offerendo, & magnos alios favores eis exhibendo, & magna auxilia promittendo: nunc hoc, nunc illo modo. Ita etiam in *sacra Communione* manifestat se spiritua-liter justis, mille modis: cum quibus magnam contrahit familiaritatem, & blandissimè loquitur.

MONITIO.

Possent quoque ex variis Christi apparitionibus eligi 7. pro 7. Hebdomadæ diebus, quales esse possunt.

1. Beatissimæ Virgini Mariæ factæ.
2. Mariæ Magdalensæ, ejusque sociabus.
3. S. Petro Apostolorum Principi ob peccatum dolens.
4. Duobus discipulis euntibus in Emmaus.
5. Omni-

5. Omnibus Discipulis in cœnaculo congregatis.

6. Facta iis, qui piscabantur, ad mare Tiberiadis.

7. Facta omnibus, in ipso festo Ascensionis. Pro quibus materia sumi poterit, 5. parte medit. applicando ad hoc Sacramentum, quod difficile non erit, quare in plerisque vel sumebat cum eis cibum, frangebat panem aut partem piscis assi, vel favum mellis quæ erant hujus convivii cœlestis figuræ, in quibus res significata nobis datur.

IV. DIE MERCURII.

De gloriosa Ascensione.

Consid. Quod suo tempore ascendens in cœlum, unde venerat captivam ducat captivitatem, & corda discipulorum. Et ibi sederat ad dexteram Patris, agens nostrum advocatum. Et ita nunc descendit de cœlo ad sacramentum & ingreditur cor communicantis; & postea ascendit in cœlum captivam ducens ejus animam, amoris compedibus; ut *conversatorem* suam habeat in cœlis, ubi ipse est,

§ §

&

& ipsa præsens sit Ipe, quod suo tempore
cum eodem ascendet, & cum eo sedebit
in alia sede gloriæ.

V. DIE JOVIS.

De cœlesti gloriâ.

Consid. Quemadmodum ipse Christus
verus Deus & homo, est in cœlo empy-
reo, magnum præsentia sua honorem
adferens cœlesti beatorum civitati: nam
ipse est sol eos illuminans, fons aquæ
vivæ eos recreans, alimentum, quo illos
alit, suæque divinitatis & humanitatis
visione satiat, ita ut in ipso solo habeant
beati omnia bona, quæ ad æternam
suam requiem optare possunt. Eodem
modo voluit ipse idem Dominus assiste-
re Ecclesiæ suæ, latens tamen *in hoc sa-*
cratissimo Sacramento, nos ipso hono-
rans, & omnibus bonis replens. Nam ut
S. Ambrosius dicit lib. 3. de virginitate,

*Christus, nobis omnia est: nostra sapientia,
justitia, sanctitas & redemptio
nostra.*

VI. DIE

VI. DIE VENERIS.

De Spiritu Sancto.

Misit præterea Spiritum S. è cælo in suos discipulos, qui donis & gratiis suis eos replevit, & in alios viros mutavit, *igneas linguas* eis dedit ad loquendum, & prædicandam ejus legem magno spiritus fervore. Et nunc vult idem ipse Dominus etiam è cælo venire ad Sacramentum, & inde nobis Spiritum sanctum communicare, gratiis suis replere, & amoris sui igne inflammare: ut de eo sentiamus, & cum eo loquamur ut par est, ad nostram majorem perfectionem, & aliorum bonum. Quare in hoc sacramento venit ille Dominus, qui est flos Jesse, Isa. 11. *In quo requievit Spiritus Dei, cum septem spiritibus, quos Isaias appellat, cap. 11. 2. Spiritum sapientia & intellectus, spiritum consilii & fortitudinis, spiritum scientia & pietatis & spiritum timoris Domini.* Est quoque Zach. 3. 9. *Lapis super quem sunt septem oculi, Apocal. 5. 9. Qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram.* Et ingrediens in communicantem dignè tribuit ei septem hos spiritus val-

dè copiosè : *timorem filialem*, quo ipsum
 revereatur, & ab omni recedat malo:
fortitudinem, qua res magnas obsequii
 ejus aggrediatur: *pietatem*, qua ad res di-
 vini cultus benè fit affectus: *consilium*,
 ne in rebus agendis aberrer: *scientiam*, ad
 opera dei ejusque beneficia agnoscenda,
intellectum, ad fidei mysteria penetranda:
sapientiam, denique ad sentiendum & vo-
 luptatem capiendam in excelsis rebus
 divinitatis.

VII. DIE SABBATHI.

De inspiratione Spiritus Sancti.

Consid. Quomodo Spiritus S. statim
 cœperit inspirare fidelibus frequentem
 hujus Sacramenti usum: de quibus san-
 ctus Lucas Actuum 2. 24. ait: *Erant per-*
severantes in doctrina Apostolorum, & ora-
tionibus & communicatione fractionis panis,
 qui erat Eucharistia. Nam Spiritus S.
 proprium est, justos his *tribus cibis* spiri-
 tualiter alere *concionibus* scilicet audien-
 dis, *orationibus* fundendis, & hujus divini
panis communicatione. Quos hoc ordine
 collocat quia Dei verbum audire, di-
 sponit

sponit

sponit ad orationem piè fundendam,
oratio ad communionem, quæ præci-
pius est cibus.

CAPUT IX.

A PENTECOSTE

usque ad

ADVENTUM.

Considerari possunt mysteria divi-
nitatis, ejusq; perfectionum, ac be-
neficiorum, quæ mundo contulit, quæ
possunt in singulos hebdomadæ dies dis-
tribui.

I. DOMINICA.

De mysterio SS. Trinitatis.

Consid. Quod scilicet tres personæ di-
vinæ propter unitatem in essentia, sint
in SS. Sacramento, comitantes corpus &
sanguinem Jesu Christi Domini nostri,
pater itaque æternus ibi est, generans
filium suum, eique communicans suam-

met divinitatem, summè gaudens quod
 talem habeat filium, & quod ille sit cum
 humanitate unitus, sub speciebus panis
 & vini: quia ipse misit illum in mun-
 dum, ut noster esset redemptor, & nunc
 eundem mittit, ut nostrum sit alimen-
 tum: quod ab ipso nobis dari petimus,
 dicentes: *Pater noster qui es in cœlis; Panem
 nostrum quotidianum da nobis hodie.* Filius
 ipse Dei cum summa voluptate in ipso
 est *Sacramento*, accipiens esse à suo patre:
 & uterque mutuo se amore infinito
 amantes: producunt Spiritum sanctum,
 & ibi est cum sua humanitate conjun-
 ctus venitq; cum eo, ut nos sibi per amo-
 rem conjungat ponens nobis tanquam
 exemplar, unionem, quam cum suo pa-
 tre habet: ut ipsemet Christus Dominus
 loquens, cum patre suo affirmavit, di-
 cens, Joan. 17. *Ego claritatem, quam dedisti
 mihi, dedi eis: ut sint unum sicut & nos unum
 sumus.* Spiritus si in eodem Sacramento
 est, accipiens esse à Patre & Filio cum
 summo gaudio: quod sit unus & idem
 Deus cum illis: & cupit seipsum nobis
 communicare in hoc Sacramento: ut fa-
 ciat nos unum secum per charitatem,
 quam effundit in corda nostra, Et sic im-
 pletur

pletur, quod Salvator noster dixit:
 Joan. 14. 23. *Si quis diligit me, sermonem
 meum servabit & pater meus diliget eum, &
 ad eum veniemus, & mansionem apud eum
 faciemus.*

II. DIE LUNÆ.

De divinis perfectionibus.

Consideratio erit septem divinarum
 perfectionum, quæ in hoc mysterio elu-
 cent infinitæ scilicet *sapientia* Dei, qua
 talem convivii formam adinvenit, ut
 conjungeret res adeò distantes, & modo
 illo, adeò prodigioso, ut nobis indulge-
 ret; *immensitatis*, quam manifestat in eo,
 quod quemadmodum Deus est in omni
 loco, ita qua homo est, vult esse in cælo,
 & in terra, & in locis innumeris: ut pos-
 sit ubique esse venerationi, & cum re-
 verentia sumi: *omnipotentia*, qua stupen-
 da adeò edit prædigia convertens sub-
 stantiam panis in corpus suum, retentis
 interim accidentibus panis, quibus se-
 tegat, & occultet, idque facit in uno
 momento, & simul in plurimis locis: in-
 finitæ *charitatis*, qua nos adeò diligit, ut
 velit

velit unum fieri nobiscum, sicut cibus cum comedente. Quamvis non nos eum mutemus in nos, sed nos mutemur in eum: ut ejus gloriæ participes efficiamur: immensæ *misericiordiæ*: qua indutus, ipsemet in persona venit, ad reparandas nostras misérias, & pascendos esurientes potumque præbendum frumentibus, cibo & potu adeò pretiosis: summæ *perseverantiæ* hæc omnia præstans, & toties repetens usque ad finem mundi assistens inter suos Ecclesiæ suæ, ut etiam nunc ostendat, *se in finem diligere* Joan. 13. eoque velit in regnum suum se eum deducere.

III. DIE MARTIS.

De beneficiis naturalibus.

Consideratio erit de beneficiis naturalibus, creatione, conservatione, & providentia erga homines. Non enim contentus, quod nos ex nihilo creavit: & semper nos in esse quod dedit conservet; peculiarem gubernationem & providentiam uniuscujusque gerit, subveniens cuique prout opus habet, manum-
que

que suam aperiens ad eos benedictionibus suis replendos, tribuens alimenta necessaria corpori, cum mille ciborum differentiis & varietatibus. Sed cum id totum modicum reputaret voluit suavissimam suam providentiam ostendere prospiciens nobis de cibo alio cœlesti multo pretiosiori, quam fuerit manna. Accipiens enim naturalem cibum panis & vini: illum in corpus & sanguinem suum transsubstanciavit: ut sub speciebus rerum naturalium ingrederetur in nos, quod est Dei supremum. *Quid enim ait Zacharias Propheta, cap. 9. 17. bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?*

IV. DIE MERCURII.

De beneficiis supernaturalibus nostræ redemptionis.

Consideratio erit beneficiorum supernaturalium nostræ redemptionis: cum filius Dei factus est homo, & in hoc visibili mundo fecit erga homines omnia officia, quæ illi poterunt in suum commodum optare. Ostendit enim amabi-

lem

lem suam prudentiam erga eos, nam, ut magister, eos docuit doctrinam cœlestem; ut medicus, eorum curabat morbos, pastor & protector eosdem regebat, & in suis periculis protegebat. Benefactor omnium universalis: ac denique fuit eorum redemptor, effundens suum sanguinem, & crucis mortem subiens. Et quoniam pauci homines frui potuerunt ejus præsentia in carne mortali, modum illum adinvenit, ut in hoc Sacramento remaneret, & cuique eadem conferret beneficia, & faceret participes bonorum, quæ talia officia exercendo largitur.

V. DIE JOVIS.

De eisdem.

Consideratio erit beneficiorum supernaturalium, quæ sunt mediæ nostræ salutis: & continentur in vocatione, justificatione, augmento gratiæ, & charitatis, omniumque virtutum: ac donis Spiritus sancti, & perseverantia usque ad finem vitæ: quæ Dominus noster communicat cœlestibus suis inspirationibus

nibus, & sacramentis, quæ constituit, & nobis reliquit. Inter quæ tamen magis eminet EUCHARISTIA: in qua non contentus, quod sua nobis dona largiatur, seipsum etiam nobis tradit, & ipsemet per ipsum venit, ut propriâ suâ manu ea nobis det, & inde in ipsa Missa mittit inspirationes sanctas, quibus vocat, justificat, & ferventiores reddit adstantes, & frequenti communione gratiam suam auget, & perseverantiam in ea tribuit: ipse enim dixit Joan. 6. 55. *Qui manducat me, non morietur, sed vivet in æternum.*

VI. DIE VENERIS.

De sacrificio Missæ & valore.

Consid. Quod sacrificium sit fons duorum præstantissimorum beneficiorum. Est enim infinitus thesaurus, ex quo pretium accipimus, ad solvenda peccatorum nostrorum debita, immò etiam cognatorum nostrorum & amicorum viventium ac defunctorum: estque titulus & jus amplitudinis infinitæ ad impetranda omnia naturalia & supernaturalia bona quæ desiderare possumus, & petere

perere à Domino nostro, inutilitatem & commòdum nostrum, ac proximorum. Ex quo fit, ut miraculis quæ Salvator noster, dum viveret in hoc mundo, edidit erga infirmos & indigentes, eadem etiam in hoc Sacramento ediderit, accipientibus illud viris sanctis, tanquam medium ad ea impetranda: ad dandam scilicet infirmis sanitatem, eji-ciendos dæmones, hostes superandos, & insignia alia miracula.

VI. DIE SABBATHO.

De beneficio cœlestis gloria.

Consid. Beneficium gloriæ cœlestis quæ est æternus & immutabilis status, ab omnibus malis, quæ timeri alias possunt; expeditus, plenus verò omnibus bonis, quæ desiderari possunt, propter visionem & possessionem Dei, cujus pignus est sanctissimum hoc Sacramentum, adeò certum & securum: ut ipse Salvator dixerit, Joan. 9. 55. *Qui manducat meam carnem, habet vitam æternam.* Quare si Deus oculos mihi aperiret, tantumque lumen largiretur, ut videre

dere possem totum quod ibi later, statim essem beatus, sicut qui jam sunt in paradyso. Et quemadmodum ait S. Johannes, Apoc. 12. 2. *Quod est sede Dei & Agni procedebat fluvius aqua viva, irrigans caelestem civitatem Jerusalem (& ex utraque parte fluminis erant plurimæ arbores vite, per menses singulos reddentes fructum suum:)* & significant ipsos beatos, quorum gaudia sunt semper recentia & perpetua, propter visionem beatificam, quæ fluminis instar procedit à divinitate, & humanitate Salvatoris ita dicere licebit, in divino hoc Sacramento esse thronum & sedem Dei & Agni, qui est Deus & homo, à quo fluit fluvius gratiæ, ac caelestium deliciarum: cujus virtute justis conservant bonorum operum fervorem ad similitudinem beatorum. Cum igitur Christus verè sit arbor vite, in se mutans comedentem ipsum: non mirum quod ipsi comedentes etiam vocentur arbores vite, excita igitur in te fidem Christi Domini in hoc Sacramento presentis, cupiens uniri ei per ferventem amorem. Sic enim habebis hic inchoatam tuam beatitudinem, suspirans ad æternam & plenam consequendam, ac
dicens

430 ALIÆ MED. PRO DIVERS. TEMP:
dicens cum Angelico Doctore sancto
Thoma:

*Jesu quem velatum nunc
aspicio,
Quando fiet istud, quod
tam sitio?
Ut te revelata cernens
facie,
Visurus sim beatus in glo-
ria?*

ORDO



ORDO MISSÆ.

Sacerdos paratus cum ingredi-
tur ad Altare, facta illi debita
reverentia, signat se signo cru-
cis à fronte ad pectus, & clara
voce dicit: *In nomine Patris, & Filii, &
Spiritus sancti, Amen.* Deinde junctis
manibus ante pectus incipit Antipho-
nam, *Introibo ad Altare Dei, Minist. Resp.
Ad Deum qui latificat juventutem meam.*
Postea alternatim cum Ministris dicit
sequentem Psalmum.

Psalm. 42.

*S. Judica me Deus, & discerne causam
meam de gente non sancta: ab homine iniquo &
dolofo erue me.*

M. Quia

M. Quia tu es, Deus, fortitudo mea quare
me repulisti & quare tristis incedo, dum affli-
git me inimicus?

S. Emitte lucem tuam & veritatem tuam:
ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in mon-
tem sanctum tuum, & in tabernaculum tuum.

M. Et introibo ad Altare Dei, ad Deum
qui latificat iuventutem meam.

S. Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus
meus: quare tristis es anima mea, & quare
conturbas me?

M. Spera in Deo, quoniam adhuc confite-
bor illi salutare vultus mei, & Deus meus.

S. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui
Sancto.

M. Sicut erat in principio, & nunc & sem-
per & in secula seculorum, Amen.

S. Repetit Antiphonam. Introibo ad
Altare Dei.

Resp. Ad Deum qui latificat iuventutem
meam.

Signat se dicens: Verb. *Adjutorium no-
strum in nomine Domini.*

Resp. *Qui fecit caelum & terram.*

Deinde junctis manibus profunde in-
clinatus facit confessionem.

In Missis defunctorum, & in Missis
de tempore à Dominica Passionis usque
ad

ad Sabbathum sanctum exclusivè, omit-
titur Psalmus. *Judica me Deus cum Gloria
Patri*, & repetitione Antiphonæ: sed
dicto, *in nomine Patris. Introibo, & Adju-
sorium*, fit confessio ut sequitur.

*Confiteor Deo omnipotenti, B. V. Mariæ
semper Virgini, B. Michaeli Archangelo,
B. Joanni Baptista, sanctis Apostolis Petro &
Paulo, omnibus sanctis, & vobis, fratres, qui
peccavi nimis cogitatione, verbo & operes
Percutite sibi pectus ter, dicens: mea
culpa, mea culpa, mea maxima culpa, ideo
precor beatam Mariam semper virginem,
beatum Michaelem Archangelum beatum
Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Pe-
trum & Paulum, omnes sanctos, & vos,
fratres, orate pro me ad Dominum Deum no-
strum.*

*Minist. Resp. Misereatur tui omnipo-
tens Deus, & dimissis peccatis tuis, perducet
te ad vitam æternam. Sacerdos dicit,
Amen. Et erigunt se deinde Ministri re-
perunt Confessionem, & ubi à Sacer-
dote dicebatur, vobis fratres, & vos fra-
tres, à Ministris dicitur, tibi, Pater, & te,
Pater.*

Postea Sacerdos junctis manibus facie
absolutionem, dicens: *Misereatur vestri*
T
omni-

omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris, perducatur vos ad vitam aeternam, Respond. Amen. Signat se signo Crucis, dicens.

Indulgentiam, absolutionem & remissionem peccatorum nostrorum, tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus.

Resp. Amen. Et inclinatus prosequitur.

Verf. Deus, tu conversus vivificabis nos.

Resp. Et plebs tua letabitur in te.

Verf. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

Resp. Et salutare tuum da nobis.

Verf. Domine, exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Verf. Dominus vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Et extendens ac jungens manus, clara voce dicit, Oremus, & ascendens ad Altare dicit secretò :

Aufer à nobis, quaesumus, Domine, iniquitates nostras: ut ad sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per Christum Dominum nostrum, Amen. Deinde manicus junctis super Altare inclinatus dicit:

Oramus te, Domine, per merita sancto-

rum tuorum, osculatur Altare in medio, quorum reliquia hic sunt, & omnium sanctorum: ut indulgere digneris omnia peccata mea, Amen. In Missa solemni, celebrans antequam legat introitum, benedicit incensum, dicens: *Ab illo benedicaris, in cuius honore cremaberis, Amen.* Et accepto thuribulo à diacono incensat Altare nihil dicens. Postea Diaconus recepto thuribulo à celebrante, incenset illum tantum. Deinde celebrans signans se signo crucis incipit introitum, quo finito junctis manibus alternatim cum ministris dicit:

Kyrie eleyson.

Kyrie eleison.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Christe eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Kyrie eleison.

Kyrie eleison.

Postea in medio Altaris extendens & jungens manus, caputque aliquantulum inclinans, dicit, si dicendum est: *Gloria in excelsis Deo*, & prosequitur junctis manibus. Cum dicit: *Adoramus te,*

T 2

Gratias

Gratias agimus tibi, & Jesu Christo, & suscipe deprecationem, inclinatur caput, & in fine dicens, cum sancto Spiritu, signatur se à fronte ad pectus.

Et in terra pax hominibus, bonæ voluntatis.

Laudamus te.

Benedicimus te.

Adoramus te,

Glorificamus te.

Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.

Domine Deus, rex cælestis, Deus pater omnipotens.

Domine fili unigenite, Jesu Christe.

Domine Deus, Agnus Dei filius Patris.

Qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram.

Qui sedes ad dextram Patris, miserere nobis.

Quoniam tu solus sanctus.

Tu solus Dominus.

Tu solus altissimus, Jesu Christe.

Cum sancto Spiritu, in gloria Dei Patris,

Amen.

Si dicitur, Gloria in excelsis, etiam in Missis B. Mariæ, quando dicenda est; Deinde osculatur Altare in medio, & versus ad populum dicit: Vers.

Verf. *Dominus vobiscum.*

Resp. *Et cum spiritu tuo*, postea dicit: *Oremus*, & *Orationes*, unam aut plures, ut ordo officii postulat: sequitur *Epistola*, *Graduale*, *Tractus*, vel *Alleluja*, cum *versu* aut *sequentia*, ut tempus postulat. His finitis, si est *Missæ solemnis*, *Diaconus* deponit librum *Evangeliorum* super medium *Altaris*, & celebrans benedicit incensum, ut *suprà*: deinde *Diaconus* genuflexus ante *Altare* manibus junctis dicit:

Munda cor meum & labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaie Propheta calcato mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum dignè valeam nunciare. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Postea accipit librum de *Altari*, & rursus genuflexus petit benedictionem à *Sacerdote*, dicens: *Jube Domine benedicere*, (non *Domine*,) quia in choro solus *Deus Dominus* appellatur, ceteri verò officiatores vel superiores, quicumque sint, pro benedictione, &c. appellati, *Domini* vocantur) *Sacerdos* respondet.

Dominus sit in corde tuo, & in labiis tuis,

ur dignè & competenter annunties Evangelium suum. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Et accepta benedictione osculatur manum celebrantis; & cum aliis ministris, incenso & luminariibus, accedens ad locum Evangelii, stans junctis manibus dicit:

Vers. Dominus vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Et pronuncians, sequentia sancti Evangelii secundum N. sive initium: pollice dextræ manus signat librum in principio Evangelii, quod est lecturus, deinde seipsum in fronte, ore & pectore: & dum Ministri respondent, Gloria tibi Domine, incensat ter librum, postea prosequitur Evangelium junctis manibus. Quo finito, Subdiaconus defert librum Sacerdoti qui osculatur Evangelium dicens: Per Evangelica dicta, deleantur nostra delicta. Deinde sacerdos incensatur à Diacono, si verò sacerdos sine Diacono & Subdiacono celebrat delato libro ad aliud cornu Altaris, inclinatus in medio, junctis manibus dicit: Munda cor meum, ut supra & jube Domine benedicere. Non autem Domine, quia tunc Deum alloquitur: Dominus sit in corde meo, & in labiis meis,

meis,

meis, ut dignè & competenter annunciem
Evangelium suum, Amen. Deinde con-
versus ad librum iunctis manibus dicit:
Vers. Dominus vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Et pronuncians initium sive sequentia
sancti Evangelii, &c. signat librum & se
in fronte, ore, & pectore, & legit Eva-
gelium ut dictum est. Quo finito, re-
spondit Minister, *Laus tibi Christe*, & Sa-
cerdos osculatur Evangelium dicens:
Per Evangelica dicta. Ut supra. In Missis
Defunctorum dicitur *Munda cor meum*,
sed non petitur benedictio, non defe-
runtur luminaria nec celebrans oscula-
tur librum. Deinde ad medium Altaris
extendens, elevans & iungens manus,
dicit si dicendum est, *Credo in unum*
Deum & prosequitur iunctis manibus.
Cum dicit *Deum*: caput cruci inclinat
quod similiter facit, cum dicit, *Jesus*
Christum, & simul adoratur. Ad illa au-
tem verba, *Et incarnatus est*: genuflectit
usque dum dicatur: *Et homo factus est*. In
fine addit, & vitam venturi seculi signat
se signo Crucis à fronte ad pectus.

Credo in unum Deum, Patrem omnipoten-
tem, factorem cæli & terra.

Visibilem omnium & invisibilem.

Et in unum Dominum Jesum Christum,
filium Dei unigenitum,

Et ex Patre natum ante omnia secula, Deum
de Deo, lumen de lumine, Deum verum de
Deo vero,

Genitum non factum, consubstantialem Pa-
tri: per quem omnia facta sunt,

Qui propter nos homines, & propter nostram
salutem descendit de caelis.

Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex
Maria Virgine, ET HOMO FACTUS est,
Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato,
passus & sepultus est.

Et resurrexit tertiâ die, secundum scriptu-
ras.

Et ascendit in caelum: sedet ad dexteram
Patris.

Et iterum venturus est cum gloria, iudicare
vivos & mortuos.

Cujus regni non erit finis.

Et in Spiritum sanctum, Dominum & vivi-
ficantem.

Qui ex Patre filioque procedit.

Qui cum Patre & Filio, simul adoratur, &
conglorificatur.

Qui locutus est per Prophetas.

Et in

Et in unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam.

Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.

Et expecto resurrectionem mortuorum,

Et vitam venturi saeculi, Amen.

Deinde osculatur Altare, & versus ad populum dicit:

Vers. Dominus vobiscum,

Resp. Et cum spiritu tuo.

Postea dicit *Oremus*, & *offeritorium*, quo dicto si est Missa solemnis, Diaconus porrigit celebranti patenam cum hostia: si privata, Sacerdos ipse accipit patenam cum hostia, quam offerens, dicit:

Suscipe, sancte Pater omnipotens, aeternae Deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo & vero pro innumerabilibus peccatis & offensionibus & negligentis meis, & pro omnibus circumstantibus, sed & pro omnibus fidelibus Christianis vivis atque defunctis: ut mihi & illis proficiat ad salutem in vitam aeternam, Amen.

Deinde faciens crucem cum eadem Patena, deponit hostiam super corporale. Diaconus ministrat vinum, Subdiaconus aquam in calice: vel si privata

est Missa utrumque infundit Sacerdos,
& aquam miscendam in Calice benedi-
cit ⁊ dicens :

*Deus qui humana substantia dignitatem
mirabiliter condidisti, ⁊ mirabiliter refor-
mastis: da nobis per huius aqua ⁊ vini myste-
rium, ejus divinitatis esse consortes, qui hu-
manitatis nostra fieri dignatus est particeps,
Jesus Christus filius tuus Dominus noster: qui
tecum vivit ⁊ regnat in unitate Spiritus
sancti Deus. Per omnia secula seculorum,
Amen.* In Missis pro defunctis dicitur
prædicta oratio: sed aqua non benedici-
tur. Postea accipit calicem, ⁊ offert, di-
cens:

*Offerimus tibi, Domine, Calicem salutaris
tuam deprecantes clementiam: ut in conspectu
divina majestatis tuæ pro nostra ⁊ totius
mundi salute cum odore suavitatis ascendat,
Amen.* Deinde facit signum Crucis cum
calice, ⁊ illum ponit super corporale,
& palla cooperit tum junctis manibus
super Altare, aliquantulum inclinatus
dicit:

*In spiritu humilitatis, ⁊ in animo con-
trito suscipiamur à te, Domine: ⁊ sic fiat sa-
crificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut
placeat tibi Domine Deus. Erectus expan-
dit*

dic

dic manus easque in altum porrectas
iungens elevatis ad cœlum oculis, &
statim demissis, dicit:

*Veni, sanctificator omnipotens, æterne Deus,
benedicet oblata, prosequendo & bene-
dic hoc sacrificium tuo sancto nomini prepa-
ratum. Postea, si solemniter celebrat
benedicit incensum, dicens:*

*Per intercessionem B. Michaëlis Archan-
geli stantis à dextris Altaris incensi, & om-
nium electorum suorum, incensum istud dig-
netur Dominus benedicere, & in odorem
suavitatis accipere. Per Christum Dominum
nostrum, Amen. Et accepto thuribulo à
Diacono, incensat oblata, modò in ru-
bricis generalibus præscripto, dicens:*

*Incensum istud à te benedictum, ascendat
ad te Domine, & descendat super nos misera-
cordia tua. Deinde incensat Altare, di-
cens:*

*Dirigatur, Domine, oratio mea, sicut in-
censum, in conspectu tuo elevatio manuum
mearum sacrificium vespertinum. Pone,
Domine, custodiam ori meo, & ostium cir-
cumstantis labiis: ut non declinet cor meum
in verba malitia ad excusandas excusationes
in peccatis. Dum reddit thuribulum Dia-
cono, dicit:*

Accendat in nobis Dominus ignem sui amoris, & flammam eterne charitatis, Amen. Postea incensatur Sacerdos à Diacono, deinde alii per ordinem, interim sacerdos lavat manus, dicens:

Lavabo inter innocentes manus meas: & circumdabo altare tuum, Domine.

Ut audiam vocem laudis: & enarrem universa mirabilia tua.

Domine, dilexi decorem domus tua & locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis Deus animam meam: & cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.

Pes meus stetit in directo: in Ecclesiis benedicam te, Domine.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

In Missis pro Defunctis, & tempore Passionis in Missis de Tempore omittitur Gloria Patri: Deinde aliquantum inclinatus in medio Altaris, junctis manibus super eo dicit:

Suscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem,

quæ

quam tibi offerimus ob memoriam passionis,
resurrectionis & ascensionis JESU Christi
Domini nostri: & in honorem beatae Mariae
semper Virginis, beati Joannis Baptista, &
sanctorum Apostolorum Petri & Pauli &
istorum & omnium Sanctorum; ut illis pro-
ficiat ad honorem, nobis autem ad salutem,
& illi pro nobis intercedere dignentur in coe-
lis, quorum memoriam agimus in terris.
Per eundem Christum Dominum nostrum,
Amen.

Postea osculatur Altare, & versus ad
populum, extendens & jungens manus,
voce paululum elevata dicit:

Orate fratres, ut meum ac vestrum sacri-
ficium acceptabile ^{scilicet} sit apud Deum patrem
omnipotentem. Minister seu circumstan-
tes respondent: alioquin ipsemet Sa-
cerdos:

Suscipiat Dominus sacrificium de manibus
tuis (vel meis) ad laudem & gloriam nomi-
nis sui, ad utilitatem quoque nostram, totius-
que Ecclesiae suae sanctae. Sacerdos sub missa
voce dicit: Amen. Deinde manibus ex-
tensis absolute sine Oremus, subjungit
orationes secretas. Quibus finitis cum
pervenerit ad conclusionem, clara voce
dicit:

*Per omnia secula seculorum, cum præfatione. Præfatio incipitur ambabus manibus positis hinc inde super Altare, quas aliquantulum elevat cum dicit: *Sursum corda.* Jungit eas ante pectus & caput inclinat, cum dicit: *Gratias agamus Domino Deo nostro,* deinde disjungit manus & disjunctas tenet usque ad finem Præfationis, qua finita iterum jungit eas, & inclinatus dicit, *sanctus.* Et cum dicit, *Benedictus qui venit;* signum crucis sibi producit à fronte ad pectus.*

Dicto : *Ite Missæ est,* vel *Benedicamus Domino,* inclinat se ante medium Altaris & manibus junctis super illud, dicit :

Placeat tibi, sancta Trinitas, obsequium servitutis meæ, & presta : ut sacrificium, quod oculis tuæ majestatis indignus obtuli: tibi sit acceptabile, mihiq; & omnibus pro quibus illud obtuli sit, te miserante, propitiabile. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Deinde osculatur Altare, & elevatis oculis, extendens, elevans, & jungens manus, caputque cruci inclinans, dicit: *Benedicat vos omnipotens Deus, & versus ad populum, semel tantum benedicens, etiam*

etiam

etiam in Missis solemnibus, prosequitur ✠ *Pater, & Filius, & Spiritus sanctus,*
Resp. *Amen.*

In Missa Pontificali ter benedicitur, ut in Pontificali habeatur. Deinde in cornu Evangelii, dicto, *Dominus vobiscum, & initium: vel sequentia sancti Evangelii: signans Altare, vel librum, & se ut supra in Evangelio Missæ, legit Evangelium secundum Joannem, In principio erat verbum, &c. vel aliud Evangelium ut dictum est in Rubricis generalibus, cum dicit: & verbum caro factum est, genuflectit; in fine. Resp. Deo gratias.*

In Missis defunctorum non datur benedictio, sed dicto, *requiescant in pace: dicit, placeat tibi, sancta Trinitas, deinde osculato Altari legit Evangelium sancti Joannis.*

Finito Evangelio sancti Joannis (nisi in Altari sit venerabile Sacramentum) statim regit caput, & accepto calice discedens ab Altari, pro gratiarum actione dicat Antiphonam. *Triumphorum*
cum reliquis (ut supra.)

ORATIO

ORATIO PRÆPARATORIA
ad audiendas Confessiones.

Antiphona.

COR mundum crea in me Deus, & Spiritum rectum innova visceribus meis. Ne projicias me, facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiã salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur.

OREMUS.

OMnipotens & misericors Deus, qui me indignum sacerdotalis officii ministrum fecisti; atque ad orandum, & interpellandum ad Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum pro peccatoribus & ad pœnitentiam reverrentibus mediatorem constituisti: concede mihi propitius beata MARIA semper virgine intercedente, cum beatis Angelis custodibus nostris, & omnibus Sanctis, tuæ divinæ charitatis affectum, ut quæ mei sunt muneris dignè valeam implere: ac famulis, famulabusque

que

AD AUDIEND. CONFESS. 449

que tuis ad pœnitentiam revertentibus
spiritum veræ compunctionis largiri di-
gneris, ut resipiscant à diaboli laqueis,
quibus adstricti tenentur, & ad te per
dignam satisfactionem, & emendatio-
nem revertantur. Per eundem Domi-
num nostrum Jesum Christum Filium
tuum: qui tecum vivit, & regnat, in uni-
tate Spiritus sancti Deus: Per omnia
sæcula sæculorum, Amen.

*Cum accedit pœnitens, signo Crucis facto
super eum dicit.*

Dominus Jesus Christus sit in cor-
de tuo, & in labiis tuis, ut dignè, &
competenter confitearis peccata tua, ad
laudem, & gloriam nominis sui, Amen.

Formula Absolutionis:

Misereatur tui omnipotens Deus,
& dimissis peccatis tuis perducat
te ad vitam æternam, Amen.

Indulgentiam, absolutionem & re-
missionem omnium peccatorum tuo-
rum tribuat tibi omnipotens, & miseri-
cors Dominus, Amen.

Postea

*Postea extendens manum versus illum,
dicat:*

Dominus Jesus Christus absolvat
te, & ego auctoritate ipsius, ab-
solvo te in primis à vinculo excommu-
nicationis, suspensionis, & interdicti,
in quantum possum, & tu indiges (sic di-
citur; quando pœnitens est Ecclesiasticus, ha-
bens aliquem ordinem: Si verò sit Laicus,
omittitur verbum, Suspensionis, & postea
prosequitur ad absolutionem dicens) Deinde
EGO TE ABSOLVO à peccatis tuis:
In nomine P Patris, & Filii, & Spiritus
sancti, Amen.

Postea removens manum, dicit:

Passio Domini nostri Jesu Christi, &
merita B. Virginis **MARIÆ**, & om-
nium Sanctorum, & quicquid boni fe-
ceris, & mali patienter sustinueris, sint
tibi in remissionem peccatorum, aug-
mentum gratiæ, & præmium vitæ
aeternæ, Amen. Vade in
pace.

In

AD AUDIEND. CONFESS. 411

In reconciliationibus, satis erit incipere Absolutionem ab iis verbis. Dominus Jesus Christus absolvat te, & c. omissis aliis praecedentibus precationibus.

Oratio recitanda post auditas Confessiones.

Domine Jesu Christe, dulcis amator, & sanctificator animarum, purifica obsecro, per infusionem sancti Spiritus cor meum ab omni affectione, & cogitatione vitiosa; & quidquid à me in meo munere, sive per negligentiam, sive per ignorantiam peccatum est, pro tua infinita pietate & misericordia supplere digneris. Commendo tuis amabilissimis vulneribus omnes animas, quas ad poenitentiam traxisti, & tuo pretiosissimo sanguine sanctificasti, ut eas à peccatis custodias, & in tuo timore, & amore conserves, in virtutibus indies magis promoveas, atque ad vitam perducas aeternam. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas in saecula saeculorum, Amen.

Ad laudem, & gloriam Jesu Christi, ejusque sanctissimae Virginis Mariae.

DEVO-

DEVOTISSIMUS QUOTIDIE
sacratissima quinque vulnera Do-
mini nostri Jesu Christi, sa-
lutandi modus.

I.

Dulcissime JESU, adoro vulnus
manus dextræ. Da mihi quæso
victoriam de meipso, & gratiam extir-
pandi ex corde meo omnia vitia, & in-
clinationes malas. Recomendo tibi
in hoc vulnus, universalem sanctæ Ec-
clesiæ statum, conversionem infide-
lium, & reductionem ad eandem om-
nium hæreticorum.

Pater noster, &c.
Ave Maria, &c.

II.

Patientissimè Jesu adoro vulnus ma-
nus tuæ sinistræ. Rogo te, da mihi pa-
tientiam in omnibus adversitatibus,
largire mihi fortitudinem in extremo
vitæ momento, & gratiam evitandi
mor-

mortem æternam. In idem vulnus tuum
sacrosanctum, commendo tibi tuos
utriusque sexus fideles.

Pater noster, &c.
Ave Maria, &c.

III.

Amabilissime Iesu adoro sacratissi-
mum vulnus pedis tui dextri. Da mihi
quæso gratiam, progrediendi semper in
melius in via tuorum sacratissimorum
mandatorum, in operibus bonis, & aug-
mento omnium virtutum, secundum
tuam sanctissimam & divinam volunta-
tem. In idem sacratissimum vulnus
commendo tibi omnes Ecclesiasticos,
& utriusque sexus Religiosos.

Pater noster, &c.
Ave Maria, &c.

IV.

Benignissime Iesu, adoro sacratissi-
mum vulnus pedis tui sinistri. Obsecro
te, libera me ab omnibus periculis, tam
ani-

animæ, quàm corporis, & da mihi gratiam effugiendi omnia peccata, & peccandi occasiones. In idem vulnus sacratissimum recomendo, propinquos, amicos, inimicos, & omnes omninò pro quibus orare teneor.

Pater noster, &c.

Ave Maria, &c.


V.


Amabilissime & misericordissime Iesu, indignissimus ego in tuo conspectu peccator, adoro vulnus sacratissimi lateris tui. Oro humillimè, ut ardentissimo tuo amore me incedas, ut omni inordinato affectu ad quascunque creaturas derelicto, tu solus semper cor meum inhabites. Commendo huic sacratissimo vulneri tuo, omnes animas, quæ in purgatorio detinentur.


Pater noster, &c.


Ave Maria, &c.

FINIS.









Th
2733